MISCELLANEA PHILOLOGA.

EDIDERUNT

GYMNASIORUM BATAVORUM DOCTORES

SOCIETATE CONJUNCTI.

ULTRAJECTI,
APUD KEMINK & FILIUM.
1854.

Genootschap van leeraren aan de Nederlandsche gymnasiën.

MISCELLANEA PHILOLOGA.

EDIDERUNT

GYMNASIORUM BATAVORUM DOCTORES

SOCIETATE CONJUNCTI.

ULTRAJECTI,

APUD KEMINK & FILIUM.

1854.

ARGUMENTUM.

OBSERVATIONES MISCELLANEAE.

SCRIPSIT

D. BURGER Jr.

Oratio Aeschinis adversus Ctesiphontem.

(ex recensione Bekkeri)

§ 11. *εἰ δή τις ἔστι μέτριος τῶν τὰ παράνομα γραφόντων.* In multis codicibus legitur *μέτριος ἐπὶ.* Istud *ἐπὶ* quidem non defendi potest, nec quidquam desiderari videtur si ejicitur. Non igitur locum tentarem si *ἐπὶ* non legeretur in codicibus. Quum autem legatur, mihi in mentem venit locum sanare levissima mutatione, et pro *ἐπὶ* legere *ἔτι.* Quae coniectura si recipiatur, locus sic interpretandus est: "Si sane quis eorum, qui rogationibus legem violant, ***posthac*** (nempe postquam hoc fecerit) *μέτριος* dici potest."

§ 44. *οὔτε λύσας ἐκεῖνον.* Haec verba spuria videntur. Si enim nova lex nihil commune habebat cum lege de iis, qui a populo corona donabantur, cur hanc legem tollere vellet legislator? Hoc conamen stultissimum esset, cum deliberationibus de nova lege ferenda sine ulla utilitate addidisset deliberationem de lege innoxia abroganda. Est igitur additamentum non tantum supervacuum, sed et absurdum. Nihil vult orator nisi hoc. Nova lex nihil commune habebat cum

lege de iis, qui a populo corona donabantur, quia vitio, quod sua lege tollere volebat legislator, non *ἡ ἐκκλησία* sed *τὸ θέατρον ἠνωχλεῖτο.*

§ 208. *ὅτι τῷ πολλάκις μὲν ἐπιορκοῦντι ἀεὶ δὲ πρὸς τοὺς αὐτοὺς μεθ' ὅρκων ἀξιοῦντι πιστεύεσθαι δυοῖν θάτερον ὑπάρξαι δεῖ, ὧν οὐδέτερόν ἐστι Δημοσθένει ὑπάρχον, ἢ τοὺς θεοὺς καινοὺς ἢ τοὺς ἀκροατὰς μὴ τοὺς αὐτούς.* Vocabula ista *πρὸς τοὺς αὐτοὺς* ejicienda sunt, quia sententiam valde perturbant. Est enim insignis contradictio si dicimus: ei, qui *apud eosdem* jurejurando fidem efficere vult, opus est auditoribus *non iisdem.*

§ 243. *ἢ τοιοῦτός ἐστιν ὃν γέγραφας στεφανοῦσθαι, οἷος μὴ γιγνώσκεσθαι ὑπὸ τῶν εὖ πεπονθότων, ἂν μή τίς σοι συνείπῃ;* Pronomen *τις* delendum est. Rogat enim orator: "num ille, cui conoram decernis, tam ignotus est, ut illi, quibus bene fecerit, eum non noverint nisi ipse tecum verba faciat, ut vultum suum ostendat." Quid juvaret, si alius quis verba faceret? Nihil: nam hic non quaeritur de oratore amicum defendente, sed tantum de homine in suggestum adscendente ut coronandus cognoscatur. Atqui, quis hoc, si opus esset, facere deberet, nisi coronandus ipse?

§ 245—246. *ἐὰν ἐπερωτῶσιν ὑμᾶς οἱ νεώτεροι πρὸς ποῖον χρὴ παράδειγμα αὐτοὺς τὸν βίον ποιεῖσθαι, τί κρινεῖτε;* Pro *κρινεῖτε* legendum videtur *ἀποκρινεῖσθε.* Quum enim in protasi legatur *ἐὰν ἐπερωτῶσιν ὑμᾶς*, in apodosi non requiritur: quid *judicabitis*, sed quid *respondebitis!*

Oratio Demosthenis pro Corona.

§. 20. *τὰ δὲ τούτων ἀδικήματα.* Quum non satis mihi appareret quo respiceret pronomen *τούτων*, imo grammatica ratione respicere videretur ad praecedens *οἷς*, eo autem non respicere posset, quia hic Orator de nemine nisi de Aeschine ejusque sociis cogitare potuit; pro *τούτων* conjeci ponendum esse *τινων.* Amicissimus Francken autem de hoc loco ad me scripsit. "Accipio *δεικτικῶς*; quod si recte se habet, scribendum fuerit *τουτωνί.*" Quamvis etiam nunc dubitem, tamen hanc interpretationem minime spernendam censeo.

§ 22. *καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας οὕτω δεικνυμένων.* Le-

gendum videtur ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας. Quum haec *ab ipsa veritate* sic indicentur. Legitur quidem § 17 οὔτ' ἐπ' ἀληθείας οὐδεμιᾶς εἰρημένα; sed ibi abest pronomen αὐτῆς, quo sublato formula significare videtur *convenienter cum veritate.* Quid autem, si locum nostrum sic interpretandum censeas, pronomen αὐτῆς juvet, non video. In locutione contra *ab ipsa veritate*, major vis est, quam si sine pronomine dictum esset *a veritate.*

§ 44. ὧν εἷς οὗτος ἦν. Haec verba non suo loco posita esse videntur. Ut nunc leguntur non praebent sensum perspicuum. Quis enim est ille οὗτος, qui erat unus eorum, qui interficiebantur? "At, dicet aliquis, verbum διεφθείροντο hic, sicut mox, significat *largitionibus corrumpebantur;* igiturque οὗτος est Aeschines. Mihi aliter videtur. Primum enim mox additum est ἐπὶ χρήμασι, quod hic desideratur; deinde verba ἐπὶ τῇ τῆς εἰρήνης ἐξουσίᾳ significare videntur: istos homines, quamvis pace freti venissent, tamen aliquid contra pacem passos esse. Largitionibus autem in media pace vel optime corrumpi possent homines. Conjeci igitur, haec verba esse transponenda et collocanda post ἐφ' οὓς ταῦτα παρεσκευάζετ' ἐκεῖνος. Hoc accepto οὗτος ille erit unus eorum, contra quos Philippus hostilia parabat. (ταῦτα enim mihi respicere videtur ad omnia quae indicantur verbis ὅτε γὰρ — διεφθείροντο.) Οὗτος igitur potest aut ad Aechinem respicere, qui si bonus civis et revera φιλέλλην fuisset, ea quae hostilia contra patriam et universam Graeciam pararentur, etiam contra se parari judicasset; aut ad Demosthenem, qui se ipsum inter eos numerabat, quorum pernicies a Philippo quaerebatur.

§ 70. οὐδὲ νῦν. Legendum cernes οὐδὲν οὖν. Ut enim nunc legitur vertendum est: *neque* nunc de his dicam. Jam non intelligo, quorsum istud *neque* respiciat, quum verba οὐδ' εἰ γέγονεν οἶδα primum satis remota sint, deinde significari videantur: ne utrum facta sint quidem scio. Orator igitur mihi haec dixisse videtur: "rerum ad Amphipolin, Pydnam, Potidaeam, Halonnesum pertinentium oblitus sum. Quid verum sit ex iis, quae dicta sunt de Serrio, Dorisco, Peparetho, nescio, quum alii de his rebus rogationes tulerint, non ego. *Nihil igitur* de his dicam, sed cet."

§ 101. *προησόμεθα*. Post hoc verbum ponendum censeo signum interrogationis. Non enim affirmat, se hoc suadere debuisse, sed contra vehementissime negat. De ironia autem hic non cogitandum censeo, quum *πάθος* hoc loco videatur esse vehementius, quam ut ironia feratur. Deinde omnia hac §° per interrogationes exponuntur.

§ 126. *δεῖ δέ με*. Omnino praeferendum videtur *δή*, deleto *μὲν* in proxime praecedentibus; nam ut nunc legitur desideratur apodosis.

§ 157. *τοῖς δὲ μὴ συναντήσασι πανδημεὶ χρησόμεθα*. Post *πανδημεὶ* addendum videtur *πολεμίοις*; quum *χρησόμεθα* per se non sit satis perspicuum.

Oratio Demosthenis Olynthiaca I.

§ 19. *ἔστιν ὅσα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων στρατιωτικά*. Vocabulum *στρατιωτικά* delendum censeo. Mox oblique suadet ut ea *χρήματα* ad exercitum, non ad ludos, impendantur, hoc est, *στρατιωτικὰ* reddantur, quod non erant; hic autem nil dicit nisi hoc: habetis opes magnas, sed iis pro lubitu utimini.

Oratio Demosthenis in Philippum I.

§ 35. *ὅσην οὐκ οἶδ' εἴ τι τῶν ἁπάντων ἔχει*. Legendum censeo *τις τῶν ἀπάντων*, scilicet *ἀποστόλων*. Dicit enim orator, Athenienses ad festa ista insumere tantam pecuniam, quantam nulli praefectorum dederint, tot autem homines tantumque apparatum, ut nesciat, an ullus praefectorum omnium tot milites tantumque apparatum habeat.

Oratio Demosthenis in Philippum II.

§ 11. *ὁ τούτων πρόγονος*. Omnino legendum censeo *ὁ τούτου*, hoc est Philippi, *πρόγονος*.

Oratio Demosthenis de rebus Chersonnesi.

§ 49. *εἰ μὲν γὰρ ἐστί τις ἐγγυητής*. Legendum videtur

εἴη. Res enim, quae hic sumitur, omnino fieri non poterat. Cf. Kühner Synt. Graec. ed. Matthes § 101.

Oratio Demosthenis de Symmoriis.

§ 22. τὸν δὲ τριήραρχον ἕκαστον καθ' ἕκαστον νεώριον. Recte Bekkerus legit τριήραρχον, non ταξίαρχον, nam primum trierarchorum erat naves instruere apparatu nautico, tum in sequentibus legitur εἶτα τριήραρχοι τίνες, non ταξίαρχοι. Si autem retinemus τριήραρχον, pro νεώριον legendum νεώσοικον, ut patet ex praecedentibus: ὅπως ὡς ἐγγύτατ' ἀλλήλων κατὰ τριάκοντ' ὦσι νεώσοικοι — καὶ τριάκοντα τριήρεις τούτων ἑκάστῳ προσνεῖμαι τῶν τόπων. Singulis enim trierarchis singuli νεώσοικοι, singulaeque τριήρεις tribui debebant.

§ 35. κρείττους τῶν προδοτῶν καὶ τοῦ βαρβάρου ἔσεσθαι πρὸς ἅπαντας. Haec verba significare videntur eos contra omnes feliciore successu pugnaturos quam proditores et Barbarum. Talis sensus mihi absurdissimus videtur. Legendum igitur censeo πρὸς ἅπαντα, qua mutatione recepta, locus interpretandus erit sic: "vos semper et ubique validiores eritis proditoribus et barbaro."

Oratio [Demosthenis] de foedere cum Alexandro.

§ 17. τὰ μὲν ἐπιβουλεύουσι τὰ δὲ πράττουσι. Pro πράττουσι legendum ταράττουσι. Verbum πράττουσι enim non continet reprehensionem, quae hic requiritur; verbum ταράττουσι autem egregie convenit cum verbis ἐπιβουλεύουσι et καταγελῶσι τῆς κοινῆς εἰρήνης.

Isocratis Philippus.

§ 127. Προσήκει δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις τοῖς ἀφ' Ἡρακλέους πεφυκόσι καὶ τοῖς ἐν πολιτείᾳ καὶ νόμοις ἐνδεδεμένοις. Conjunctio καὶ ejicienda est. Non enim eos, qui reipublicae forma et legibus adstricti erant, distinguere voluit orator ab Herculis nepotibus, sed contra hoc dicit: omnium Herculis

nepotum neminem liberiorem esse Philippo ad ea, quae ipsi placeant, agenda.

Cicero de Legibus.

I. xiii. 35. *Ex iis enim quae dixisti Attice videtur.* Pro ATTICE legendum EFFICI. Quintus enim haec non ad Atticum sed ad fratrem dixit.

Cicero de Finibus.

III. iv. 15. *Quondam rerum nomina novarum non videbantur.* Legendum videtur: *Quondam rerum nomina novarum ridebantur.*

OBSERVATIONES CRITICAE IN ISOCRATEM

(ED. I. BEKKER OXON. MDCCCXXII.)

SCRIPSIT

I. F. T. ZEITZ.
Litt. Hum. Doct.

Or. II § 10. pag. 16, c.

οὐ μὴν ἀλλὰ τό γ' ἐπιχείρημα καλῶς ἔχει, τὸ ζητεῖν τὰ παραλελειμμένα καὶ νομοθετεῖν ταῖς μοναρχίαις· οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἰδιώτας παιδεύοντες ἐκείνους μόνον ὠφελοῦσιν· εἰ δέ τις τοὺς κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ' ἀρετὴν προτρέψειεν, ἀμφοτέρους ἂν ὀνήσειε.

Verbum *νομοθετεῖν* vitiosum censeo, idque a librario corruptum esse puto, quippe quod in mentem auctoris venire non potuerit, quia prorsus aliud consilium eum habuisse ac leges constituendi monarchiis ex prooemio apparet: (§ 2.) *ἡγησάμην ἂν γενέσθαι ταύτην καλλίστην δωρεὰν ἐμοί τε δοῦναι καὶ σοὶ λαβεῖν, εἰ δυνηθείην ὁρίσαι ποίων ἐπιτηδευμάτων ὀρεγόμενος καὶ τίνων ἔργων ἀπεχόμενος ἄριστ' ἂν καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν βασιλείαν διοικοῖς· οἱ γὰρ τύραννοι* (§ 4.) *οὓς ἔδει παιδεύεσθαι μᾶλλον τῶν ἄλλων, ἐπειδὰν εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῶσιν, ἀνουθέτητοι διατελοῦσιν. τῶν οὖν* (§ 8.) *ἐπιτηδευμάτων, ὧν χρὴ στοχάζεσθαι καὶ περὶ ἃ δεῖ διατρίβειν πειράσομαι διελθεῖν.*

Emendandum igitur et reddendum Isocrati ΝΟΥΘΕΤΕΙΝ ΤΑΣ ΜΟΝΑΡΧΙΑΣ. Quod confirmat mox sequens τοὺς κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ' ἀρετὴν προτρέψειεν, quod ejus sententiae iterationem aliis verbis esse patet. Neque enim τὸ προτρέπειν ἐπ' ἀρετὴν est νομοθεσία sed νουθεσία. Conferam etiam Orat. XV, pag. 343, b. διαλεχθεὶς δὲ περὶ τούτων παραινῶ τῷ Νικοκλεῖ μὴ ῥᾳθυμεῖν μηδ' ὥσπερ ἱερωσύνην εἰληφότα τὴν βασιλείαν, οὕτω τὴν γνώμην ἔχειν, ἀλλὰ τῶν ἡδονῶν ἀμελήσαντα προςέχειν τὸν νοῦν τοῖς πράγμασιν. Qui locus mecum facit; παραινεῖν enim eodem redit quo νουθετεῖν, discrepat cum νομοθετεῖν. Ceterum ne quem offendat ipsum τὰς μοναρχίας νουθετεῖν moneam abstractum hic positum esse pro concreto, ut plus semel occurrit apud veteres; veluti apud Herodotum in L. VIII, c. 137. ἦσαν δὲ τὸ πάλαι καὶ αἱ τυραννίδες τῶν ἀνθρώπων ἀσθενέες χρήμασι, οὐ μοῦνον ὁ δῆμος. Sic αἱ ἀρχαί sunt *magistratus*.

Orat. IV § 30, p. 46, c.

πρῶτον μὲν γὰρ ἐξ ὧν ἄν τις καταφρονήσειε τῶν λεγομένων ὡς ἀρχαίων ὄντων, ἐκ τῶν αὐτῶν τούτων εἰκότως ἂν καὶ τὰς πράξεις γεγενῆσθαι νομίσειεν· διὰ γὰρ τὸ πολλοὺς εἰρηκέναι καὶ πάντας ἀκηκοέναι προςήκει μὴ καινὰ μὲν πιστὰ δὲ δοκεῖν εἶναι τὰ λεγόμενα περὶ αὐτῶν· ἔπειτ' οὐ μόνον ἐνταῦθα καταφυγεῖν ἔχομεν ὅτι τὸν λόγον καὶ τὴν φήμην ἐκ πολλοῦ παρειλήφαμεν, ἀλλὰ καὶ σημείους μείζοσιν ἢ τούτοις ἔστιν ἡμῖν χρήσασθαι περὶ αὐτῶν· αἱ μὲν γὰρ πλεῖσται τῶν πόλεων ὑπόμνημα τῆς παλαιᾶς εὐεργεσίας κτἑ.

Non potuit Noster hic scribere ἐκ πολλοῦ, quod, quamquam pro re nata majus minusve spatium significat, usu tamen ita est determinatum, ut non de tempore infinito, sed non ita longe praeterito usurpari liceat. Inspiciamus speciminis causa Plat. Menex. p. 243, e. καὶ ἐὰν φαῦλος ᾖ, ὑπ' ἀνδρῶν σοφῶν τε καὶ οὐκ εἰκῇ ἐπαινούντων, ἀλλ' ἐκ πολλοῦ χρόνου λόγους παρεσκευασμένων et Polyb. Lib. X c. 4, § 2. ἔθους δ' ὄντος δύο πατρικίους καθίστασθαι, τότε δὲ καὶ πλειόνων προσπορευομένων, ἐκ πολλοῦ μὲν οὐκ ἐτόλμα μεταπορεύεσθαι τὴν αὐτὴν ἀρχὴν τἀδελφῷ. Sed enim hic opponit antiquos

mythos rebus, quae nunc fiunt, *περὶ τῶν ἀρχαίων, εἰς ἃ οὐ μόνον, καταφυγεῖν ἔχει, ἀλλὰ καὶ χρήσασθαι σημείοις μείζοσιν* (*ἢ τούτοις* deleas,) i. e. *τοῖς νῦν γιγνομένοις* ut patet e seqq. *περὶ ὧν τά τε πάλαι ῥηθέντα τοῖς παροῦσιν ἔργοις συμμαρτυρεῖ, καὶ τὰ νῦν γιγνόμενα τοῖς ὑπ' ἐκείνων εἰρημένοις ὁμολογεῖ.* Τὰ *πάλαι ῥηθέντα* autem *ἐκ παλαιοῦ παρειλῆφθαι* convenit atque *εἰς τἀρχαῖα, τὰ πάλαι ῥηθέντα, καταφυγεῖν ἔχομεν* eodem nimirum redit, quo *ἐνταῦθα καταφυγεῖν ἔχομεν ὅτι τὸν λόγον καὶ τὴν φήμην ἐκ παλαιοῦ παρειλήφαμεν.* Itaque pro *ἐκ* ΠΟΛΛΟΥ legendum censeo *ἐκ* ΠΑΛΑΙΟΥ i. e. *antiquitus, inde ab antiquis temporibus usque.* Confero Xenophontis Mem. L. III c. 5, § 8. *ἐπεὶ δὲ τοῦ μετ' ἀρετῆς πρωτεύειν αὐτοὺς ἐπιμελεῖσθαι βουλόμεθα, τοῦτ' αὖ δεικτέον ἐκ παλαιοῦ μάλιστα προςῆκον αὐτοῖς.*

Ibid. § 66. p. 52, e.

Εὐρυσθεὺς δὲ βιάσασθαι προςδοκήσας αὐτὸς αἰχμάλωτος γενόμενος ἱκέτης ἠναγκάσθη καταστῆναι.

Emenda *βιάσεσθαι.* Verba enim *προςδοκᾶν* et *ἐλπίζειν*, quod quidem propria vi ac sensu *exspectandi* in posterum tempus spectent, Infinitivi regunt Futurum vel Aoristum cum particula *ἄν.* Cff. Orat. V p. 106, d. VI p. 119, a. 123, c. 124, a. 137, c. Orat. VIII p. 176, a. XII p. 244, b. XV p. 344, a. Epist. III p. 413, a. Inde corrigamus etiam in Orat. I p. 7, a. *ἔλπιζε — γενήσεσθαι*, et in Orat. XXI p. 402, e. *ἤλπιζε πράξεσθαι*; pro *ἤλπιζε* autem in editione *Baiteri* vere legitur *ἐλπίζειν.*

Orat. V § 145 p. 107, b.

ταῦτα γὰρ πράξας οὐ μόνον ἐκείνους εὐδαίμονας ποιήσεις, ἀλλὰ καὶ πάντας ἡμᾶς εἰς ἀσφάλειαν καταστήσεις; ἣν δ' οὖν τούτων διαμάρτῃς, ἀλλ' ἐκεῖνό γε ῥᾳδίως ποιήσεις, τὰς πόλεις τὰς τὴν Ἀσίαν κατοικούσας ἐλευθερώσεις.

Particula *οὖν* offendit. Sic enim mentem lectoris afficit, quasi casus ancipitis eventus compensati sint deteriorque praeponderet. Atqui haec in medio relinquere auctoris proposito

convenit, ne Philippum spe potiori fraudet. Scribe igitur *ἢν δ᾽ ἄρα τούτων διαμάρτῃς sin* FORTE *minus illa perpetraveris.* Confero Orat. VI pag. 131, a, *ἢν δ᾽ ἄρα ψευσθῶμεν τῶν ἐλπίδων* et Epist. VII p. 423, a. *ἢν δ᾽ ἄρα τινὲς τολμήσωσιν κτέ.*

Orat. VI init. p. 116, a.

Ἴσως τινὲς ὑμῶν θαυμάζουσιν ὅτι τὸν ἄλλον χρόνον ἐμμεμενηκὼς τοῖς τῆς πόλεως νομίμοις ὡς οὐκ οἶδ᾽ εἴ τις ἄλλος τῶν ἡλικιωτῶν, τοσαύτην πεποίημαι τὴν μεταβολὴν ὥστε περὶ ὧν ὀκνοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι λέγειν, περὶ τούτων νεώτερος ὢν παρελήλυθα συμβουλεύσων· ἐγὼ δ᾽ εἰ μέν τις τῶν εἰθισμένων ἐν ὑμῖν ἀγορεύειν ἀξίως ἦν τῆς πόλεως εἰρηκώς, πολλὴν ἂν ἡσυχίαν ἦγον· νῦν δ᾽ ὁρῶν τοὺς μὲν συναγορεύοντας οἷς οἱ πολέμιοι προςτάττουσι, — ἀνέστην ἀποφανούμενος ἃ γιγνώσκω περὶ τούτων.

Cum hoc exordio non abs re videatur illud simili argumento, quod Demosthenes primae Philippicae praeposuit comparare: *Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προὐτίθετο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγειν, ἐπισχὼν ἂν ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν εἰωθότων γνώμην ἀπεφήναντο, εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι τῶν ὑπὸ τούτων ῥηθέντων, ἡσυχίαν ἂν ἦγον, εἰ δὲ μή, τότ᾽ ἂν καὶ αὐτὸς ἐπειρώμην ἃ γιγνώσκω λέγειν κτέ.* Uterque, hic tecte, ille aperte adolescentiam excusat. Sed vide porro quam tenax rei tenuis Isocrates juvenem eumque Spartanum loquaciter de sua aetate orantem inducat. Nec veretur ei falsam supponere sententiam § 3. *ἡγοῦμαι δὲ περὶ τοῦ πολεμεῖν ἢ μὴ προςήκειν τούτους μάλιστα συμβουλεύειν, οἵπερ καὶ τῶν κινδύνων πλεῖστον μέρος μεθέξουσιν.* — Quam eloquenter contra Demosthenes modo quod satis est ad invidiam vitandam praemittit.

Ibid. § 29. p. 121, b.

καὶ τούτων ἡμῖν ὑπαρχόντων τῷ μὲν βαρβάρῳ τὴν Ἀσίαν ὡς πατρῴαν οὖσαν ἀποδιδόασιν, ὃς οὔπω διακόσι᾽ ἔτη κατέσχηκε τὴν ἀρχήν, ἡμᾶς δὲ Μεσσήνην ἀποστεροῦσιν, οἳ πλέον ἢ διπλάσιον χρόνον ἢ τοσοῦτον τυγχάνομεν ἔχοντες αὐτήν.

Vocc. *ἢ τοσοῦτον* damno quippe insiticia. Ex se intelligitur *διπλάσιον* referri ad *διακόσι᾽ ἔτη*. Tum Isocratis aures

offendisset particula comparativa ἢ sic intra tantulum spatii iterata. Saepius autem magistelli ardore tenuia explicandi flagrantes putida diligentia comparativos suppleverunt sensumque interpolarunt. Sic in Orat. XII p. 239, e. *περὶ μὲν οὖν τῶν ποιητῶν αὖθις ἐροῦμεν ἢν μή με προανέλῃ τὸ γῆρας, ἢ περὶ σπουδαιοτέρων πραγμάτων ἔχω τι λέγειν ἢ τούτων.* Accedit et alia ratio cur illic *ἢ τούτων* deleas, quia post ἢ particulam comparativam praepositio iteratur. Vid. Orat. IX p. 206, b. *παρ' οἷς κρεῖττόν ἐστιν ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν εὐδοκιμεῖν.* X p. 214, a. *δόξω περὶ τούτου μᾶλλον σπουδάζειν ἢ περὶ ἧς τὴν ἀρχὴν ὑπεθέμην.* p. 218, a. *μᾶλλον προτετίμηται τὸ κάλλος παρ' ἐκείνοις ἢ παρ' ἡμῖν.* XII p. 236, a. *δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ διὰ τούτους.* p. 237, d. *μηδὲν δι' ἕτερον δυσκόλως πρός με διακειμένους ἢ διὰ τὸ δοκεῖν κτἑ.* XIII p. 295, b. *οὐδὲν μᾶλλον πρὸς τοὺς δικανικοὺς λόγους ἢ πρὸς τοὺς ἄλλους.* ibid. d. *θᾶττον πρὸς ἐπιείκειαν ἢ πρὸς ῥητορείαν ὠφελήσειεν.* XV p. 345, d. *εἰ δι' ἄλλο τι σωζοίμην ἢ διὰ τοὺς λόγους.* Epist. I p. 405, e. *πρὸς τίν' ἂν δικαιότερον διαλεχθείην ἢ πρὸς τὸν πρ.* Quibus constitutis et alias sordes eluas in Orat. XV § 84 [*ἢ τηλικούτων*] XVI p. 347, c. *ἢ τῶν αὐτοῦ.* XII p. 235, b. *ἢ κεῖνοι.* Ceterum pro *πλέον* legere velim *πλεῖν*, qua forma contracta ad numeros utuntur Attice, quod Aristophanes multis exemplis praestat: in Acharn. vs. 858. *πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας..* Equit. vs. 444. *Κλοπῆς δὲ πλεῖν ἢ χιλίας.* Av. vs. 6. *ὁδοῦ περιελθεῖν στάδια πλεῖν ἢ χίλια.* Nub. vs. 1041. *καὶ τοῦτο πλεῖν ἢ μυρίων ἔστ' ἄξιον στατήρων.*

Orat. VII § 62. p. 150, d.

ἐπεὶ νῦν γε τίς οὐκ ἂν ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις τῶν εὖ Φρονούντων ἀλγήσειεν, ὅταν ἴδῃ πολλοὺς τῶν πολιτῶν — χορεύοντας μὲν ἐν χρυσοῖς ἱματίοις, χειμάζοντας δ' ἐν τοιούτοις, ἐν οἷς οὐ βούλομαι λέγειν, κτἑ.

Nempe vestimenta quibus induti choros agitabant aurea vocat, in quibus hibernabant *qualia* sint dicere non vult. Corruptelam igitur tollamus scribendo *οἵοις* pro *ἐν οἷς*, deleto *τοιούτοις*.

Orat. VIII § 47. p. 166, e.

εἰ δὲ τοῖς ἐν Μαραθῶνι τοὺς βαρβάρους νικήσασι καὶ τοῖς πρὸ τούτων γενομένοις κτέ.

Dele praepositionem *ἐν*, quam librarii ad illum dativum, quem opinabantur, explicandum saepe adjecerunt. Sed enim Μαραθῶνι est adverbium loci, veluti Δωδῶνι, Σαλαμῖνι; nec Noster nec ceteri Attici ipsi nisi Μαραθῶνι, quod significaret *in Marathone*, scripserunt, ad quod probandum exempla idonea accedant: in N. Orat. IV p. 59, b. *Λακεδαιμόνιοι μὲν ζηλοῦντες τὴν πόλιν τῆς* Μαραθῶνι *μάχης*. Orat. XV § 328. *ποῖος δέ τις ὁ τοὺς βαρβάρους* Μαραθῶνι *τῇ μάχῃ νικήσας*.. apud Aristophanem in Acharn. vs. 696, 697.

ἄνδρ' ἀγαθὸν ὄντα Μαραθῶνι *περὶ τὴν πόλιν.*
εἶτα Μαραθῶνι *μὲν ὅτ' ἦμεν, ἐδιώκομεν·*

Simonidis C. Epigr. 2. (ed. Schneidewin in Delectu Poet. Eleg. Gr.)

Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι —

in Platonis Menex. p. 245, a *βασιλεῖ δ' αὕτη μὲν οὐκ ἐτόλμησε βοηθῆσαι αἰσχυνομένη τὰ τρόπαια τά τε* Μαραθῶνι *καὶ* Σαλαμῖνι *καὶ* Πλαταιαῖς (imo lege Πλαταιᾶσι).

Orat. X § 61. p. 216 e.

ῥᾴδιον δὲ γνῶναι τὴν δύναμιν αὐτοῦ (τοῦ κάλλους)· τῶν μὲν γὰρ ἀνδρίας ἢ σοφίας ἢ δικαιοσύνης μὴ μετεχόντων πολλὰ φανήσεται τιμώμενα [μᾶλλον ἢ τούτων ἕκαστον]· τῶν δὲ κάλλους ἀπεστερημένων οὐδὲν εὑρήσομεν ἀγαπώμενον [ἀλλὰ πάντα καταφρονούμενα πλὴν ὅσα ταύτης τῆς ἰδέας κεκοινώνηκε], καὶ τὴν ἀρετὴν διὰ τοῦτο μάλιστ' εὐδοκιμοῦσαν, ὅτι κάλλιστον τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐστίν.

Utrumque, quod uncis inclusi, interpolamentum esse suspicor. Et prius quidem, quod Noster, ut excellentiam pulchritudinis demonstraret, comparationem instituit; quae quum intercedat inter ea, quae virtutum sunt expertia, quorum tamen multa honore afficiantur, et ea, quae pulchritudine

carent, quorum prorsus nihil ametur: seorsim quae virtutum sunt expertia cum ipsis virtutibus comparare quo consilio fecisset, quid ad rem faciat non assequor. Sed clarius etiam, quo magis auctoris mens appareat, sensum quid significet explicem; huc redit: quae virtutum sunt participia merito in honore sunt, sed fit etiam ut eorum, quae virtutum expertia sunt, multa honoribus gaudeant. His congruenter exspectaris fortasse idem fieri de pulchritudine *scil.* etiam multa non pulchra in eodem amore haberi, quo pulchra; sed multum differt; nam eorum, quae pulchritudine expertia sunt, verbo nihil amatur. Alterum autem deleverim, quia Interpolator verba *οὐδὲν — ἀγαπώμενον* Isocrateo more antithesin desiderare opinatus ritu suo ista adjecisse videtur. Quae plane abs mente Nostri, qui, si semper similis sui, non tam parum constiterit sibi, ut mox sequentibus controversa diceret. Qui enim bene sibi respondeant *τῶν κάλλους ἀπεστερημένων πάνθ' εὑρήσομεν καταφρονούμενα* et (in § seq.) *τῶν μὲν γὰρ ἄλλων (μὴ καλῶν), ὧν ἂν ἐν χρείᾳ γενώμεθα, τυχεῖν μόνον βουλόμεθα, περαιτέρω δὲ περὶ τούτων οὐδὲν τῇ ψυχῇ προςπεπόνθαμεν.* Ceterum verba *πλὴν ὅσα ταύτης τῆς ἰδέας κεκοινώνηκε* apertius Interpolatorem arguunt, quippe quae nihili sint, quia exceptio parum apte non refertur ad speciem aliquam, sed totum genus scilicet complectitur; et quia antecedentibus necessarie continentur *τῶν κάλλους ἀπεστερημένων εὑρήσομεν πάντα καταφρονούμενα.* Isocrati quidem, quem cum constet summa semper diligentia sua scripta limasse, quamvis copiosa sit ejus oratio, plus tribuo, quam cui tales ineptias adscriberem.

Orat. XI 95 p. 222, d.

Σωκράτους δὲ κατηγορεῖν ἐπιχειρήσας, ὥσπερ ἐγκωμιάςαι βουλόμενος Ἀλκιβιάδην ἔδωκας αὐτῷ μαθητήν, ὃν ὑπ' ἐκείνου μὲν οὐδεὶς ᾔσθετο παιδευόμενον, ὅτι δὲ πολὺ διήνεγκε τῶν ἄλλων ἅπαντες ἂν ὁμολογήσειαν.

Isocrates ipse non immemor praecepti modo dati (§ 4.): *ὅτι δεῖ τοὺς μὲν εὐλογεῖν τινὰς βουλομένους πλείω τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς προσόντ' ἀποφαίνειν, τοὺς δὲ κατηγοροῦντας τἀναντία τούτων ποιεῖν,* non parcit nec mendacio neque ambiguitati,

quibus adversarium risui exponeret. Xenophon enim in Memorabilibus Lib. I c. 2. § 13, 14. neque obloquitur Polycrati Alcibiadem Socrate magistro usum esse dicenti, et ipse diserte tradit cur illum sectatus sit.

Orat. XII § 295. p. 289, b.

ἤδη δ' ἀπειρηκότος καὶ διὰ τὴν νόσον καὶ διὰ τὸ γῆρας, τῶν ἐπισκοπούντων τινές με καὶ πολλάκις ἀνεγνωκότων τὸ μέρος τοῦ λόγου τὸ γεγραμμένον, ἐδέοντό μου καὶ συνεβούλευον μὴ καταλιπεῖν αὐτὸν ἡμιτελῆ μηδ' ἀδιέργαστον, ἀλλὰ πονῆσαι μικρὸν χρόνον καὶ προσέχειν τοῖς λοιποῖς τὸν νοῦν.

Pro *ἀδιέργαστον* restituendum *ἀνεξέργαστον* i. e. *non absolutum*, unum quod sensus requirit propter antecc. *ἡμιτελῆ* et *ἀνεγνωκότων τὸ μέρος τοῦ λόγου τὸ γεγραμμένον.* *Ἐξεργάζεσθαι* enim significat *opus inchoatum absolvere;* vide modo Orat. V p. 84, a. *ὄντος δ' οὖν ἐμοῦ περὶ τὴν πραγματείαν ταύτην ἔφθητε ποιησάμενοι τὴν εἰρήνην πρὶν ἐξεργασθῆναι τὸν λόγον.* Sic quoque in Orat. X p. 219, d. "*ἣν οὖν τινες βούλωνται ταῦτα διεργάζεσθαι καὶ μηκύνειν, οὐκ ἀπορήσουσιν*" reponendum *ἐξεργάζεσθαι* coll. p. 219, b. *πολὺ δὲ πλείω τὰ παραλελειμμένα τῶν εἰρημένων ἐστίν.* Saepenumero librarii simili fere scriptura vocularum *ἐξ* et *δι* illusi hanc pro illa scripserunt; vide vel Orat. IX p. 203, a. ubi G D *ἐξ* habent, vulgo *δι'* refertur. Quare ne dubita in Orat. III p. 27, a. corrigere *ἐστὶν ἐξ ὧν ἄν τις μετ' ἀρετῆς πλεονεκτήσειεν* coll. Orat. I p. 10, d. V p. 106, c. XIV p. 305, b. p. 308, a. XV § 91, § 304.

Orat. XV § 1. p. 310, a.

Εἰ μὲν ὅμοιος ἦν ὁ λόγος ὁ μέλλων ἀναγνωσθήσεσθαι τοῖς ἢ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἢ πρὸς τὰς ἐπιδείξεις γιγνομένοις, οὐδὲν ἂν οἶμαι προδιαλεχθῆναι περὶ αὐτοῦ· νῦν δὲ διὰ τὴν καινότητα καὶ τὴν διαφορὰν ἀναγκαῖόν ἐστι προειπεῖν τὰς αἰτίας.

Pro *οἶμαι* Urbinatis correctus D dat *ἔδει.* Quod quum et sensui per se conveniat et bene respondeat sequenti *ἀναγκαῖόν ἐστι* non male quidem correxit, sed minus ad usum Attico-

rum attendit, qui vel in re certissima prae modestia judicium certum ac directum pronuntiare cavebant. Quare post *οἶμαι* verbum *δεῖν*, quod socordia librarii excidisse videtur, rursus interseri velim. Sic infra § 285. *φιλοσοφίαν μὲν οὖν οὐκ οἶμαι δεῖν προςαγορεύειν*, supra in Orat. VI p. 119, a. *πρῶτον μὲν οὖν οἶμαι δεῖν διαλεχθῆναι πρὸς ὑμᾶς*, in Orat. VII p. 145, d. *ἡγοῦμαι γὰρ δεῖν ἡμᾶς οὐ μέγα φρονεῖν κτέ.*

Ibid. § 4. p. 310, d.

μέχρι μὲν οὖν πόῤῥω τῆς ἡλικίας ᾠόμην καὶ διὰ τὴν προαίρεσιν ταύτην καὶ διὰ τὴν ἄλλην ἀπραγμοσύνην ἐπιεικῶς ἔχειν πρὸς ἅπαντας τοὺς ἰδιώτας.

Sententia auctoris animo prorsus contraria. Corrige *πρός με πάντας*. Cf. *τὰ ἑξῆς*.

Ibid. § 117.

καὶ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον Λακεδαιμονίους ἐνίκησε ναυμαχῶν (Τιμόθεος) καὶ ταύτην ἠνάγκασεν αὐτοὺς συνθέσθαι τὴν εἰρήνην, ἣ τοσαύτην μεταβολὴν ἑκατέρᾳ τῶν πόλεων ἐποίησεν, ὥςθ' ἡμᾶς μὲν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας θύειν αὐτῇ καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν ὡς οὐδεμιᾶς ἄλλης οὕτω τῇ πόλει συνενεγκούσης, Λακεδαιμονίων δὲ μετ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἑωρᾶσθαι (l. *ὁρᾶσθαι*) *μήτε ναυτικὸν ἐντὸς Μαλέας περιπλέον μήτε πεζὸν στρατόπεδον διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ πορευόμενον, [ὅπερ αὐτοῖς τῆς περὶ Λεῦκτρα συμφορᾶς εὕροι τις ἂν αἴτιον γεγενημένον].*

Id nimirum Historicis bene notandum quaenam causa hic tradatur fuisse cladis Leuctricae. Perquam mira sane a magistello traduntur. Nam Isocrates quidem ista, quae uncis inclusi, non scripsit, quippe qui nec tam insulsum, tam absurdum judicium tulisset de re tam gravi, cujus causae omnibus cultioribus aeque innotuerant, neque a se ipse dissentiret alibi plane diversa, tanto viro digna, memorans. Audiamus ipsius verba ex Orat. VIII p. 179, c. *ἐπὶ ποίαν τῶν πόλεων οὐκ ἐστράτευσαν (οἱ Λακεδαιμόνιοι) ἢ περὶ τίνας αὐτῶν οὐκ ἐξήμαρτον; οὐκ Ἠλείων μὲν μέρος τι τῆς χώρας ἀφείλοντο, τὴν δὲ γῆν τὴν Κορινθίων ἔτεμον, Μαντινέας δὲ διῴκισαν, Φλιασίους*

δ' ἐξεπολιόρκησαν, εἰς δὲ τὴν Ἀργείων εἰσέβαλον, οὐδὲν δ' ἐπαύσαντο τοὺς μὲν ἄλλους κακῶς ποιοῦντες, αὐτοῖς δὲ τὴν ἧτταν τὴν ἐν Λεύκτροις παρασκευάζοντες; ἥν φασί τινες αἰτίαν γεγενῆσθαι τῇ Σπάρτῃ τῶν κακῶν, οὐκ ἀληθῆ λέγοντες· οὐ γὰρ διὰ ταύτην ὑπὸ τῶν συμμάχων ἐμισήθησαν, ἀλλὰ διὰ τὰς ὕβρεις τὰς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις καὶ ταύτην ἡττήθησαν καὶ περὶ τῆς αὐτῶν ἐκινδύνευσαν. χρὴ δὲ τὰς αἰτίας ἐπιφέρειν οὐ τοῖς κακοῖς τοῖς ἐπὶ τῇ τελευτῇ γιγνομένοις, ἀλλὰ τοῖς πρώτοις τῶν ἁμαρτημάτων, ἐξ ὧν ἐπὶ τὴν τελευτὴν ταύτην κατηνέχθησαν. Nec solum ibi illius cladis veram causam refert, sed etiam rationem affert, quae prorsus vim infringit istius additamenti.

Ibid. § 122.

ἡγοῦμαι δ' ὑμᾶς ἡδέως ἂν ἀκοῦσαι διὰ τί ποτε τῶν μὲν εὐδοκιμούντων ἀνδρῶν παρ' ὑμῖν καὶ πολεμικῶν εἶναι δοκούντων οὐδὲ κώμην ἔνιοι λαβεῖν ἠδυνήθησαν, Τιμόθεος δ' οὔτε τὴν τοῦ σώματος φύσιν ἔχων ἐῤῥωμένην οὔτ' ἐν τοῖς στρατοπέδοις τοῖς πλανωμένοις κατατετριμμένος, ἀλλ' ὁ μεθ' ὑμῶν πολιτευόμενος τηλικαῦτα διεπράξατο τὸ μέγεθος.

Articulus ὁ quasi nunc alter Timotheus, civis Atheniensis, inducatur, quasi modo de altero Timotheo sermo fuerit, mentem lectoris a vera sensus ratione deflectit. Articulo igitur sensum videmus depravari, quippe antithesin, per particulam ἀλλά inductam, quae quadrare et opposito suo οὔτ' — κατατετριμμένος respondere exspectetur, semel pessumdanti. Recte Baiterus igitur, articulo deleto, plenum ἀλλά restituit. Sed tamen, me judice, claudicantem reliquit antithesin, quia κατατετριμμένος non praesens sed perfectum oppositum postulat. Nempe "Timotheus non exercitus in laboribus belli, sed vobiscum *versatus* in rebus civilibus tanta perfecit." Emendandum igitur etiam πεπολιτευμένος.

Ibid. § 200.

λέγομεν γὰρ ὡς δεῖ τοὺς μέλλοντας διοίσειν ἢ περὶ τοὺς λόγους ἢ περὶ τὰς πράξεις ἢ περὶ τὰς ἄλλας ἐργασίας πρῶτον μὲν πρὸς

τοῦτο πεφυκέναι καλῶς πρὸς ὃ ἂν προῃρημένοι τυγχάνωσιν ἔπειτα παιδευθῆναι καὶ λαβεῖν τὴν ἐπιστήμην, ἥτις ἂν ᾖ περὶ ἑκάστου κτἑ.

Statim primo obtutu deprehendimus aut alterum *πρός* aut prius *πρὸς τοῦτο* vacare. Utrumque retineri vetat Grammatica. Utrum autem abjiciendum sit disquiramus. Ex sensu, si diligenter perpendamus, et antithesi liquet notionem *τοῦ καλῶς πεφυκέναι* urgueri, *ὃ ἂν προῃρημένοι τυγχάνωσι* dumtaxat determinandi causa subjici *τῷ πεφυκέναι καλῶς*. Quare vocc. *πρὸς τοῦτο* Interpolatori tribuas reddasque. Similiter corrigamus in Orat. XII p. 246, d. „*ἔτι δ'οὐκ ἐκ τούτων ἔφερον ἐξ ὧν αὐτοὶ διέσωσαν, ἀλλ' ἀφ' ὧν δι' ἡμᾶς εἶχον*" delendo *ἐκ τούτων*. +— Ceterum *ὃ ἂν* hiatus talis est, quem Noster quidem horreat. Reddendum ei *ὅ τι ἄν*. Quod probant sexcenti loci. Aliquot citem. Orat. X p. 210, d. *ὅ τι ἂν τύχῃ φθεγξάμενος*. Orat. XII p. 281, e. *ἅπαν ὅ τι ἂν σὺ λέγῃς ἢ πράττῃς ἐπαινοῦντας*. p. 282, d. *τοῖς λέγουσιν ὅ τι ἂν τύχωσι.*

Ibid. § 203.

τὸν γὰρ ἔχοντα — τὴν τόλμαν μὴ τὴν ἀναισχυντίας σημεῖον γιγνομένην, ἀλλὰ τὴν μετὰ σωφροσύνης οὕτω παρασκευάζουσαν τὴν ψυχὴν ὥστε μηδὲν ἧττον θαῤῥεῖν ἐν δὴ πᾶσι τοῖς πολίταις τοὺς λόγους ποιούμενον ἢ πρὸς αὑτὸν διανοούμενον τίς οὐκ οἶδεν ὅτι τυχὼν ὁ τοιοῦτος παιδείας μὴ τῆς ἀπηκριβωμένης, ἀλλὰ τῆς ἐπιπολαίου καὶ πᾶσι κοινῆς τοιοῦτος ἂν εἴη ῥήτωρ οἷος οὐκ οἶδ' εἴ τις τῶν Ἑλλήνων γέγονε;

Particula *δή* hoc quidem loco quadrare non potest. Pro ΔΗΠΑΣΙ repone 'ΑΠΑΣΙ, quod ita non male opponitur vocc. *πρὸς αὑτόν*. — Porro vocc. *ὁ τοιοῦτος* insiticia habeo. Absurdum enim est orationis obliquae subjectum, quod verbo regenti attractum objectum factum est, nihilominus suum locum obtinere. Apponam vel § seq. exemplum: *κἀκείνους ἴσμεν τοὺς καταδεεστέραν μὲν τούτων τὴν φύσιν ἔχοντας, ταῖς δ'ἐμπειρίαις προςέχοντας ὅτι γίγνονται κρείττους οὐ μόνον αὑτῶν κτἑ.* Accedit quod tritas aures offendit idem verbum *τοιοῦτος* intra tantulum spatii iteratum, quod Noster quidem diligenter cavet, neque *ὁ τοιοῦτος-τοιοῦτος ἂν εἴη ῥήτωρ* doctioris limam arguit. — Idem vitium iterum occurrit in h. Orat.

§ 229. *οὐδ' ἐκ τούτων δύνανται γνῶναι τὴν παιδείαν καὶ τὴν ἐπιμέλειαν ὅσην ἔχει δύναμιν, οὐδ' ὅτι ταῦτα πολὺ ἂν θᾶττον τὴν ἡμετέραν φύσιν ὠφελήσειεν.* Ejicias illic item *ταῦτα*.

Ibid. § 219.

ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε πάντες ἂν ὁμολογήσειαν ὅτι τούτους τεχνικωτάτους εἶναι νομίζομεν ἀπὸ πασῶν τῶν τεχνῶν καὶ χειρουργιῶν, οἵτινες ἂν τοὺς μαθητὰς ὡς οἷόν θ' ὁμοιοτάτους ἐργάτας ἀλλήλοις ἀποδείξωσι.

Nomen *ἐργάτας* offendit, Interpolatoris esse videtur. Nam si sermo est de magistro artifici, qui discipulos simillimos sibi invicem effecerit, ex se intelligitur in ipsa arte, quam magister profitetur, discipulos inter se simillimos esse vel esse factos opifices.

Ibid. § 258.

ὥσθ' οὗτοι μὲν σωφρονοῦσιν ἀναιρεῖν ζητοῦντες ἁπάσας τὰς τοιαύτας διατριβάς, ἐν αἷς ἡγοῦνται βελτίους γενομένους χαλεπωτέρους ἔσεσθαι ταῖς αὐτῶν πονηρίαις καὶ συκοφαντίαις.

Reponendus est articulus *τούς* ante *βελτίους*; quo omisso participium *γενομένους* non habet quo se referat.

Orat. XIX § 13. p. 386, d.

τὸ δὲ τελευταῖον φθόῃ ἰσχόμενον αὐτὸν καὶ πολὺν χρόνον ἀσθενήσαντα — ἐθεράπευσα.

Graece non dicitur *νοσήμασιν ἴσχεσθαι* sed *ἔχεσθαι morbis teneri, implicari.* Cf. Plat. Phil. p. 45, b. Lach. p. 192, c. Legg. IX p. 881, b. Nihil simplicius igitur quam corrigere *φθόῃ ἐχόμενον.*

Epist. I § 8. p. 405, d.

πρὸς δὲ τούτοις κἀκεῖνο πᾶσι φανερὸν ὅτι τοῖς μὲν ἐπιδείξεως δεομένοις αἱ πανηγύρεις ἁρμόττουσι (ἐκεῖ γὰρ ἄν τις ἐν πλείστοις τὴν αὑτοῦ δύναμιν διασπείρειεν), τοῖς δὲ διαπράξασθαί τι

βουλομένοις πρὸς τοῦτον διαλεκτέον, ὅστις τάχιστα μέλλει τὰς πράξεις ἐπιτελεῖν τὰς ὑπὸ τοῦ λόγου δηλωθείσας.

Quod omnibus innotuit patetque quid diligenter circumscribere opus sit? Quod qui facit merito risui est. Nostrum vero istiusmodi parenthesin non scripturum fuisse recta ejus mens ac ratio et limatius dicendi genus evincit. Reddendum igitur Interpolatori suum, quem et indoctum arguit verbum διασπείρειν quo barbare abusus est pro Graecis proprio hac in re ἐπιδείκνυσθαι, cf. Orat. IV p. 49, c. XV p. 344, c. vel ἐπίδειξιν ποιεῖσθαι, cf. Orat. IV p. 44, b. XV § 158. XVI p. 353, b. Quo sensu verbum διασπείρειν usurpaverit Isocrates cognosci potest ex Orat. II p. 23 a. V p. 103, b. VI, p. 132, a.

Epist. I § 12, p. 406, c.

Post longius exordium tandem ad rem aggreditur auctor exspectationem lectoris, ut audientiam sibi faciat, erigens his verbis: δηλώσομεν δ' οὐκ εἰς ἀναβολὰς εἴ τινος ἄξιοι τυγχάνομεν ὄντες, ἀλλ' ἐκ τῶν ῥηθήσεσθαι μελλόντων· quibus finita habetur Epistola. Sed eam ob causam partem majorem ei deficere suspicor.

Epist. X.

Προπομποὶ καὶ ῥαβδοῦχοι καὶ κήρυκες καὶ θρόνων ὑψηλοτάτων ἐπίτευξις φιλοσοφίας εἰσὶν ἀχλύς, καὶ διαιρετικώτατος πέφυκε τῶν ἀρετῶν χωρισμός. Κτἑ.

Sine dubio hanc epistolam Isocrati abjudico, quae in Vaticano optima causa omissa est, Baiterus et alii uncinis incluserunt. Quantum distat ab illius modestia, quam et in Orationibus et in Epistolis cognovimus! Quantum ab specie primae Epistolae, ubi cum reverentia digna et urbanitate vir privatus eidem tyranno consiliari aggreditur! Quantum denique ab illius genere scribendi! Pulchrum nimirum exordium istud decretum; idque ut fidem haberet auctoritate cujusquam firmatum non vides. Cetera usque ad conclusionem non sunt nisi impudens increpatio. Quae quum ita

sint, quam vim ad persuadendum habere possint? — Scripta ista videtur a monacho, qui Isocratis Epistolis eam adjecit ut legeretur et suo dogmati auctoritatem adjungeret. Isocratem tamen nequaquam imitatus est nisi in hiatu vitando. Jam vero verba quaedam et locutiones per se attendamus quantum ab Atticismo recedant.

ἀχλύς voc. Homericum et posterioris prosae orationis pro Attico *σκότος*.

διαιρετικώτατος — *χωρισμός*. Agnosce Graeculum.

πέφυκε et *εἰσίν* non conveniunt numero. Scribendum erat *ἐστίν*.

ἤμειψας voc. Homer. et poster. prosae or. pro Attico *μετήλλαξας*. Vide Aristoph. Av. vs. 117.

εἶτ' αὖθις ὀρνίθων μεταλλάξας φύσιν.

ἐκ προοιμίου soloece pro *ἐξ ἀρχῆς*; vid. Plat. de Rep. III p. 411, b. *ἐὰν ἐξ ἀρχῆς φύσιν ἄθυμον λάβῃ.*

σύστασιν barbare pro *ἕξιν*. *σύστασις* dicitur *πόλεων*, *πολιτείας*.

διεφύσησε i. e. *perflavit* perperam pro simplici *ἐφύσησε* i. e. *inflavit*. Vid. Demosth. XIII, 12. *μετεωρίσας καὶ φυσήσας ὑμᾶς κατέβη*. Xenoph. Mem. I, 2, 25. *πεφυσημένω δ' ἐπὶ δυνάμει.*

ἐνεφορήθης pro Attico *ἐνέπλησο*. Cf. Arist. Vesp. vs. 424.

ξυσταλεὶς, *εὔτακτος*, *ὀργῆς καὶ μένους ἐμπλήμενος.*

τὰ μετέωρα τῆς τύχης κινήματα non est Graeca locutio.

Vocabulo *θεωρίας* abusus est pro *ἐννοίας*.

ἀπαναχωρεῖν posterior. prosae or. pro *ἀποχωρεῖν*, hic pro *ἐκπίπτειν*.

περίγειον est voc. soloecum.

ἄφνω posterioris prosae or. pro *ἐξαίφνης*.

Stultissimum autem quod fecit mendum Grammaticus illud est, quod abusus est nomine *ὅρος* pro *ὄρος*. Non modo antithesis *χαμαίζηλον* per se, sed etiam adject. *ἀκρότατος* postulat ut scribatur *τὸ τῆς τύχης ὄρος ἀκρότατον*; *ὅρος* enim non dicitur *ἀκρότατος* sed *ἔσχατος*.

Scrib. anno ineunte 1852.

OBSERVATIONES CRITICAE IN PLUTARCHI ARTAXERXEM.

(ED. C. SINTENIS LIPSIAE MDCCCXLVI.)

SCRIPSIT

I. F. T. ZEITZ,
Litt. Hum. Doct.

c. I linea 11.

Ὁ δ' Ἀρτοξέρξης Ἀρσίκας πρότερον ἐκαλεῖτο· καίτοι Δείνων φησὶν, Ὀάρσης.

Restituendum φησὶν ὅτι Ὀάρσης. Quam lectionem codex optimae notae Sangermanensis praestat, punctis super ὅτι aliena manu positis. Sic et infra legimus in c. X init. Φησὶν οὖν ὁ μὲν Δείνων ὅτι τοῦ Ἀρταγέρσου πεσόντος εἰςελάσας βιαίως ὁ Κῦρος εἰς τοὺς προτεταγμένους τοῦ βασιλέως κατέτρωσεν αὐτοῦ τὸν ἵππον.

c. II l. 16.

Καὶ γὰρ εἶχεν εὐπρεπῆ λόγον ἡ Παρύσατις, ᾧ καὶ Ξέρξης ὁ παλαιὸς ἐχρήσατο, Δημαράτου διδάξαντος, ὡς Ἀρσίκαν μὲν ἰδιώτῃ, Κῦρον δὲ βασιλεύοντι Δαρείῳ τεκεῖν.

ὡς τεκεῖν barbarum est. Nempe ex ipsius mente dictum Parysatidis affertur. Itaque legito ὡς — τέκοι. Sic infra

in c. XII. *χαίρων φράζει, ὡς αὐτὸς ἴδοι τεθνηκότα Κῦρον.* XIV. *ἠγανάκτει μαρτυρόμενος καὶ βοῶν ὅτι Κῦρον οὐδεὶς ἕτερος, ἀλλ' αὐτὸς ἀπεκτόνοι καὶ τὴν δόξαν ἀδίκως ἀποστεροῖτο.*

c. IV l. 16.

Ἐν ἀρχῇ δὲ καὶ πάνυ ζηλοῦν ἔδοξε τὴν Ἀρτοξέρξου τοῦ ὁμωνύμου πρᾳότητα ἡδίω τε ἑαυτὸν παρέχων ἐντυγχάνεσθαι καὶ περὶ τὸ τιμᾶν καὶ χαρίζεσθαι τὸ κατ' ἀξίαν ὑπερβάλλων.

Comparativus *ἡδίω* non convenit. Omnes fere codices S P A B C D G i dant *ἥδιον*, quod quum etiam minus quadret, propius tamen ad priscam scripturam accedat. Una enim littera mutata legamus ἨΠΙΟΝ, quod quidem non aptum esse nemo contra contenderit, exemplis quibusdam propositis, unde ejus verbi usus apud Plutarchum eluceat: in vit. Paul. Aem. p. 276, b. *ἠπίως πᾶσι καὶ φιλανθρώπως ἀπηλλάγη χρησάμενος*; Fab. Max. p. 185, e. *τὰ κινήματα τῶν συμμάχων ὁ Φάβιος μᾶλλον ᾤετο δεῖν ἠπίως ὁμιλοῦντα καὶ πρᾴως ἀνείργειν*, Demetr. p. 908, a. *ἔδοξεν ἠπίως κεχρῆσθαι*, in Opp. Mor. p. 1101, d. *δεδιότες γὰρ ὥσπερ ἄρχοντα χρηστοῖς ἤπιον ἀπεχθῆ δὲ φαύλοις.*

l. 19.

Τραπέζης δὲ τῆς αὐτῆς μηδενὸς μετέχοντος ἀλλ' ἢ μητρὸς βασιλέως ἢ γαμετῆς γυναικὸς, καθεζομένων τῆς μὲν ὑπ' αὐτὸν, τῆς δὲ μητρὸς ὑπὲρ αὐτὸν κτέ.

Pro altero *ἢ* scribe *καί*. Attendendum enim id, quod legitur in c. XIX. *Ἐκ δὲ τῆς πρόσθεν ὑποψίας καὶ διαφορᾶς ἀρξάμεναι πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ φοιτᾶν καὶ συνδειπνεῖν ἀλλήλαις κτέ.* Formula rarior *ἀλλ' ἢ* pro vulgari *πλήν* minus intellecta hic corruptelae ansam dedit.

c. VI l. 16.

Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν σκυτάλην πρὸς Κλέαρχον ἀπέστειλαν ὑπηρετεῖν Κύρῳ πάντα κελεύοντες.

Haec temere narrans Plutarchus imprudens fallitur; qui

quam fidem Xenophonti adjungat infra cognosci potest in c. XIII. *ἐκεῖνο δὲ τοῦ Κτησίου λαμπρὸν ἤδη* (leg. *δὴ*) *ψεῦσμα, τὸ πεμφθῆναι φάναι πρὸς τοὺς Ἕλληνας αὐτὸν μετὰ Φαλίνου τοῦ Ζακυνθίου καί τινων ἄλλων. Ὁ γὰρ Ξενοφῶν ἠπίστατο συνδιατρίβοντα βασιλεῖ Κτησίαν· μέμνηται γὰρ αὐτοῦ καὶ τοῖς βιβλίοις τούτοις ἐντετυχηκὼς δῆλός ἐστιν· οὐκ ἂν οὖν ἐλθόντα καὶ λόγων τοσούτων* (imo leg. *τοιούτων*) *ἑρμηνέα γενόμενον παρῆκεν ἀνώνυμον, Φαλῖνον δὲ τὸν Ζακύνθιον ὠνόμαζεν.* Xenophon autem in Anabasi duobus locis diversum commemorat de Clearcho in Lib. I c. 3. *Ἐμοὶ* (*Κλεάρχῳ*) *Κῦρος ξένος ἐγένετο καί με φεύγοντα ἐκ τῆς πατρίδος τά τ' ἄλλα ἐτίμησε καὶ μυρίους ἔδωκε δαρεικούς· οὓς ἐγὼ λαβὼν — εἰς ὑμᾶς ἐδαπάνων. — Ἐπειδὴ δὲ Κῦρος ἐκάλει, λαβὼν ὑμᾶς ἐπορευόμην, ἵν', εἴ τι δέοιτο, ὠφελοίην αὐτὸν ἀνθ' ὧν εὖ ἔπαθον.* Et in Lib. II c. 6. *Ἤδη δὲ φυγὰς ὢν* (*Κλέαρχος*) *ἔρχεται πρὸς Κῦρον — δίδωσι δ' αὐτῷ Κῦρος μυρίους δαρεικούς· ὁ δὲ λαβὼν — συλλέξας στράτευμα ἐπολέμει τοῖς Θρᾳξί· — καὶ πολεμῶν διεγένετο μέχρι οὗ Κῦρος ἐδεήθη τοῦ στρατεύματος· τότε δ' ἀπῆλθεν ὡς σὺν ἐκείνῳ αὖ πολεμήσων.* Quodsi igitur aliquid praeter opinionem accidisset, quale hic narrat, num ille quod memoria dignum esset praetermisisset? Quid quod Plutarchum alibi sibi ipsum adversantem deprehendimus in c. X. *Ὁ δὲ* (*Κλέαρχος*) *μυρίους σταδίους ἀπὸ θαλάσσης ἐν ὅπλοις ἀναβεβηκὼς μηδενὸς ἀναγκάζοντος, ἀλλ' ὅπως Κῦρον εἰς τὸν θρόνον καθίσῃ τὸν βασίλειον κτέ.* Ceterum Xenophon in Hellen. L. III c. 1 § 1. *πέμψας Κῦρος*, inquit, *ἀγγέλους εἰς Λακεδαίμονα ἠξίου, οἷόσπερ αὐτὸς Λακεδαιμονίοις ἦν ἐν τῷ πρὸς Ἀθηναίους πολέμῳ, τοιούτους καὶ Λακεδαιμονίους αὐτῷ γίγνεσθαι. οἱ δ' ἔφοροι δίκαια νομίσαντες λέγειν αὐτόν, Σαμίῳ τῷ τότε ναυάρχῳ ἐπέστειλαν ὑπηρετεῖν Κύρῳ εἴ τι δέοιτο.* Quam rem igitur sine dubio respiciens Noster nescio an incuriosius alium auctorem secutus brevi momento dormitaverit.

l. 21.

Οὐ μὴν ἔλαθέ γε εἰς πολὺν χρόνον, ἀλλ' ἧκε βασιλεῖ Τισαφέρνης αὐτάγγελος.

εἰς πολὺν χρόνον Graece non dicitur: sed simpliciter *πολὺν*

χρόνον; cf. infra c. XIX med. XXIII init. vit. Anton. c. XXIII init. XXXII fin. LVI med. vit. Dion. c. III fin. XXVI init. Aut si notio durandi urguetur, praepositio *ἐπί* dumtaxat praemittitur; cf. vit. Lyc. p. 40, d. Plat. Prot. p. 344, b. Phaed. p. 84, c. Ergo delenda hic praepositio *εἰς*.

c. VII l. 10.

Τηριβάζου δ', ὥς φασι, πρώτου τολμήσαντος εἰπεῖν, ὡς οὐ δεῖ φυγομαχεῖν οὐδὲ Μηδίας ἐκστάντα καὶ Βαβυλῶνος, ἀλλὰ καὶ Σούσων ἐνδύεσθαι τῇ Περσίδι, πολλαπλασίαν μὲν ἔχοντα δύναμιν τῶν πολεμίων κτἑ.

Sensus in pristinum et integrum statum redeat legendo, interpolamento *ἀλλὰ* deleto: *οὐδὲ Μηδίας ἐκστάντα καὶ Βαβυλῶνος καὶ Σούσων κτἑ.*

l. 18.

ἐξαίφνης καταφανεὶς ἐνενήκοντα μυριάσι στρατοῦ διακεκοσμημέναις λαμπρῶς τοὺς πολεμίους ἀσυντάκτους καὶ ἀνόπλους διὰ τὸ θαῤῥεῖν καὶ καταφρονεῖν ὁδοιποροῦντας ἐξέπληξε καὶ συνετάραξεν, ὥστε σὺν θορύβῳ καὶ βοῇ πολλῇ μόλις εἰς τάξιν κατασταθῆναι τὸν Κῦρον.

Nempe aoristus verbi *καθίσταμαι* *collocor*, *consisto* non est *κατεστάθην* verum *κατέστην*. Emendandum igitur *εἰς τάξιν κ α τ α σ τ ῆ ν α ι τὸν Κῦρον.*

c. VIII l. 17.

Τὴν γὰρ ἀσφάλειαν ἐξ ἅπαντος διώκοντα καὶ πλεῖστον λόγον ἔχοντα τοῦ μηδὲν παθεῖν οἴκοι μένειν ἦν κράτιστον.

Constructio depravata a librario, quod sensui vim demit. Neque enim in mente erat Nostro dicere eum quovis modo suam salutem expetentem domi manere *praestitisse:* sed nimirum *ei* ob id ipsum, quod omnem securitatem sectaretur quodque anxie spectaret ne quid incommodi caperet, maxime expediisse et *optimum fuisse* domi manere. Emendandum igitur *διώκοντι καὶ πλεῖστον λόγον ἔχοντι.* Quo dilucidius ap-

pareat, quodnam discrimen intercedat inter dativum et accusativum cum Infinitivo, qui ad κράτιστον vel κράτιστά (ἐστι) et sim. applicantur, duo exempla componamus ex Aristoph. Equit. vs. 80 et Lys. vs. 34, 35.

κράτιστον οὖν νῷν ἀποθανεῖν.
K. βέλτιστα τοίνυν μηκέτ' εἶναι, νὴ Δία.
Λ. Βοιωτίους τε πάντας ἐξολωλέναι.

Cf. etiam Aesch. Prom. vs. 217 et 316.

l. 25.

Ὅτι γὰρ οὐδεὶς ἂν ὑπέμεινε τῶν τεταγμένων περὶ βασιλέα τοὺς Ἕλληνας ἐμπεσόντας, ὠσθέντων δ' ἐκείνων καὶ βασιλέως φεύγοντος ἢ πεσόντος ὑπῆρχε Κύρῳ νικῶντι σώζεσθαι καὶ βασιλεύειν, ἐκ τῶν πεπραγμένων δῆλόν ἐστι. Διὸ τὴν Κλεάρχου μᾶλλον εὐλάβειαν ἢ τὸ τοῦ Κύρου θράσος αἰτιατέον ὡς τὰ πράγματα καὶ Κῦρον ἀπολέσασαν.

Calumniatur Plutarchus ista ratione contendens Clearchi virtutem detrectare, quippe prudentiam tamquam metum ac mollitiem increpitans. ἐκ τῶν πεπραγμένων quidem apparet Barbaros alterius cornu a Graecis fusos esse. At num Clearchus inde colligere potuit utrum potius faciendum fuerit? Num contra providere potuit si Artaxerxem cum suis aggressus esset, se victurum esse, quum quidem Graeci subito et necopinato Regis adventu innumeris cum copiis bene ordinatis perturbati extemplo vix in aciem constiterint? (Cf. c. VII med. Xenoph. Anab. I, 8, 4.) Cavere igitur tummaxime opus erat. Num autem, si ipse aciem adversus Regem movisset, res melius cessissent; num Cyrum pugnatu arcuisset? Nempe res optime verterunt Persis utrimque et a Graecis et a Cyro fugatis. Sive enim a Graecis sive a Cyri barbaris Regis centrum superatum erat nihil interest, dummodo Rex victus sit. Tum vero penes Cyrum fuit servari ac consulere sibi, sed magnus animus ac strenuus eum, nuper consilio cauti Clearchi spreto, (cf. paulo superius et Xen. Anab. I, 7, 9.) etiamnunc victoria elatum in media pericula conjecit ipsumque et suam rem perdidit.

c. IX l. 6.

Κύρῳ δὲ γενναῖον ἵππον, ἄστομον δὲ καὶ ὑβριστὴν ἐλαύνοντι Πασακκᾶν καλούμενον, ὡς Κτησίας φησὶν, ἀντεξήλασεν ὁ Καδουσίων ἄρχων Ἀρταγέρσης μέγα βοῶν "Ὦ τὸ κάλλιστον ἐν Πέρσαις ὄνομα Κύρου καταισχύνων, κτέ.

Nempe *τὸ κάλλιστον ἐν Πέρσαις ὄνομα* antonomasia est; gravius ac significantius dicitur pro simplici *τοὔνομα Κύρου*. Itaque delendum istud *Κύρου*, quod a magistello, anxio ne intelligeretur, insertum est.

c. XI fin.

Τοιοῦτος μὲν ὁ Κτησίου λόγος, ᾧ καθάπερ ἀμβλεῖ ξιφιδίῳ μόλις ἀναιρῶν τὸν ἄνθρωπον ἀνήρηκεν.

ἀναιρῶν — *ἀνήρηρηκεν* absurdum est. Deleto *ἀνήρηκεν* legamus *μόλις ἀναιρεῖ τὸν ἄνθρωπον.*

c. XIV l. 6.

Ἦν δέ τις ἐπιμέλεια καὶ περὶ τὰς τῶν ἐξαμαρτόντων δικαιώσεις. Ἀρβάκην μὲν γάρ τινα Μῆδον ἐν τῇ μάχῃ πρὸς Κῦρον φυγόντα καὶ πάλιν ἐκείνου πεσόντος μεταστάντα δειλίαν καὶ μαλακίαν καταγνοὺς, οὐ προδοσίαν οὐδὲ κακόνοιαν, ἐκέλευσε γυμνὴν ἀναλαβόντα πόρνην περιβάδην ἐπὶ τοῦ τραχήλου δι' ἡμέρας ὅλης ἐν ἀγορᾷ περιφέρειν. Ἑτέρου δὲ πρὸς τῷ μεταστῆναι ψευσαμένου καταβαλεῖν δύο τῶν πολεμίων, προςέταξε διαπεῖραι τρισὶ βελόναις τὴν γλῶτταν.

ἐπιμέλεια περὶ τὰς δικαιώσεις est cura judiciorum, suppliciorum. Si autem supplicia diligenter observantur, severa justitia exercentur. At contra deinceps Artaxerxem videmus nec severius judicantem nec poenas nisi dicis causa sumentem de sontibus. Pro *ἐπιμέλεια* igitur legamus *ἐπιείκεια* i. e. *clementia*; cf. supra c. IV med. Sic in vit. Anton. c. XXIII med. legimus *καὶ περὶ τὰς κρίσεις ἦν ἐπιεικής.*

l. 15.

Μιθριδάτῃ τε τῷ βαλόντι πρώτῳ Κῦρον ἐξέπεμψε δῶρα καὶ

λέγειν ἐκέλευσε τοὺς διδόντας ὡς Τούτοις σε τιμᾷ ὁ βασιλεὺς, ὅτι τὸν ἐφίππειον Κύρου πῖλον εὑρὼν ἀνήνεγκας· τοῦ δὲ Καρὸς, ὑφ' οὗ τὴν ἰγνύαν πληγεὶς ὁ Κῦρος ἔπεσε, καὶ αὐτοῦ δωρεὰν αἰτοῦντος ἐκέλευσεν κτέ.

Lege *Μιθριδάτῃ μέν*, cui respondeat seq. *τοῦ δὲ Καρός.*

l. 32.

Παροῦσα δ' ἡ μήτηρ „Μὴ σύ γε" εἶπεν „οὕτω τὸν Κᾶρα τοῦτον, ὦ βασιλεῦ, τὸν ὄλεθρον ἀπαλλάξῃς, ἀλλὰ παρ' ἐμοῦ τὸν ἄξιον ἀπολήψεται μισθὸν ὧν τολμᾷ λέγειν."

Delendum censeo articulum *τὸν* ante *ὄλεθρον.* Parysatis enim non designat illum Carem piaculi auctorem in quem illud probrum digne convenire constaret: sed simpliciter irata conviciatur. Sic in vit. Eumen. occurrit p. 594, c. *σὺ γὰρ εἶναι δεινὸν εἰ χεῤῥονησίτης ὄλεθρος οἰμώξεται·* apud Demosthenem 9, 31. *ὄλεθρος Μακεδών.* 18, 127. *ὄλεθρος γραμματεύς.* Cf. Sophocl. Oed. Tyr. vs. 1343. *ἀπάγετέ με τὸν ὄλεθρον μέγαν.*

c. XV l. 21.

Εἶπεν οὖν μὴ κατασχών. "Ὑμεῖς μὲν, ὅ τι βούλεσθε, πίλους λέγετε καὶ φλυάρους· ἐγὼ δ' ὑμῖν λέγω διαῤῥήδην ὑπὸ ταύτης ἀνῃρῆσθαι Κῦρον τῆς χειρός.

Nempe bracchio tenso manum monstrans cum emphasi dicit — *ταυτησί.*

c. XVI l. 17.

Εἶτα πρὸς τὸν ἥλιον ἀεὶ στρέφουσιν ἐναντία τὰ ὄμματα καὶ μυιῶν προςκαθημένων πλῆθος πᾶν ἀποκρύπτεται τὸ πρόςωπον.

Lege *πλήθει.*

c. XVIII l. 27.

εἰ δεινὸν ἔργον οὕτως ἔδρασε καὶ παρεκινδύνευσεν ἡ Παρύσατις διὰ Κλέαρχον ἀνελεῖν τολμήσασα τὴν γνησίαν βασιλέως γυναῖκα καὶ τέκνων κοινωνὸν ἐπὶ βασιλείας τρεφομένων.

ἐπὶ βασιλείας vitiosum est. Emendandum *ἐπὶ βασιλείᾳ* i. e

hoc consilio ut regnarent, ut periti regnandi fierent; quae phrasis aequa vi sic converti licet: *ὡς βασιλευσόντων*; veluti in Xenoph. Anab. II, 4, 8. *ἦγε δὲ καὶ τὴν θυγατέρα τὴν βασιλέως ἐπὶ γάμῳ* idem valet quod *ὡς γαμῶν*. Quod quo magis appareat ita se habere indidem duos locos pari sensu varia illa phrasi componamus: *καὶ συλλαμβάνει Κῦρον ὡς ἀποκτενῶν* (Lib. I, 1, 3.) et *ἐλάβοντο τῆς ζώνης τὸν Ὀρόντην ἐπὶ θανάτῳ* (Lib. I, 6, 10.) Inde in Plat. Protagora p. 312, b. „*τούτων γὰρ σὺ ἑκάστην οὐκ ἐπὶ τέχνῃ ἔμαθες, ὡς δημιουργὸς ἐσόμενος, ἀλλ' ἐπὶ παιδείᾳ.*" insiticium notemus *ὡς δημιουργὸς ἐσόμενος*, quippe quod significet jam praecedens *ἐπὶ τέχνῃ*.

l. 32.

Καὶ γὰρ ἀναιρεθέντων φησὶ τῶν στρατηγῶν τοὺς μὲν ἄλλους ὑπὸ κυνῶν σπαράττεσθαι καὶ ὄρνεων, τῷ δὲ Κλεάρχου νεκρῷ θύελλαν ἀνέμου γῆς θῖνα πολλὴν φέρουσαν ἐπιχῶσαι καὶ ἐπικρύψαι τὸ σῶμα.

Prius compositum *ἐπιχῶσαι* etiam animo inhaerens quum alterum scripturus erat librarius, elusit ut falso scripserit *ἐπικρύψαι* pro *ἀποκρύψαι*, quod reponendum est. Conferamus, evincendi causa, similem locum apud Xenophontem in Anab. IV, 4, 11. *Νυκτερευόντων δ' αὐτῶν ἐνταῦθα ἐπιπίπτει χιὼν ἄπλετος, ὥστε ἀπέκρυψε καὶ τὰ ὅπλα καὶ τοὺς ἀνθρώπους κατακειμένους.* Vide etiam hujus vit. c. XVI l. 18.

l. 35.

Φοινίκων δέ τινων διασπαρέντων ὀλίγῳ χρόνῳ θαυμαστὸν ἄλσος ἀναφῦναι καὶ κατασκιάσαι τὸν τόπον, ὥστε καὶ βασιλεῖ σφόδρα μεταμέλειν, ὡς ἄνδρα θεοῖς φίλον ἀνῃρηκότι τὸν Κλέαρχον.

Ejice *τὸν Κλέαρχον*, interpolatoris additamentum.

c. XIX l. 22.

ὁ δὲ Δείνων (φησὶν) οὐ τὴν Παρύσατιν, ἀλλὰ τὸν Μελάνταν τέμνοντα τῷ μαχαιρίῳ τὰ φαρμασσόμενα τῶν κρεῶν τιθέναι κατὰ τὴν Στάτειραν.

Legito *τεμόντα.*

l. 28.

Ὅθεν εὐθὺς ἐπὶ τὴν ζήτησιν ὁρμήσας τοὺς μὲν ὑπηρέτας καὶ τραπεζοκόμους τῆς μητρὸς συνέλαβε καὶ κατεστρέβλωσε.

Compositum vb. *καταστρεβλοῦν* non in usu est. Nec vero hic *κατεστρέβλωσε* nisi antecedenti vocabulo *καὶ κατ* praepositum debet. Nam Atticum simplex *στρεβλοῦν* solummodo Noster usurpat. Cf. Vitt. p. 292, f, 367, d. 542, e. 757, b. 758, b. 1018, c. 1048 b. Lege igitur *καὶ ἐστρέβλωσε.*

c. XXI l. 20.

Ἀλλ' ἐπεὶ κρατήσας τῇ περὶ Κνίδον ναυμαχίᾳ διὰ Φαρναβάζου καὶ Κόνωνος ἀφείλετο τὴν κατὰ θάλατταν ἀρχὴν Λακεδαιμονίους, ἐπέστρεψε πᾶσαν ὁμοῦ τὴν Ἑλλάδα πρὸς αὐτόν, ὥστε καὶ τὴν περιβόητον εἰρήνην βραβεῦσαι τοῖς Ἕλλησι τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου προςαγορευομένην.

Inserito post *ὁμοῦ* vocabulum *τι*, quod sequens *τήν* absorpsit. Formula *ὁμοῦ τι* pro Attico *σχεδόν* Noster utitur frequens. Sic infra in c. XXV. *ἀποβαλὼν ἵππους ὁμοῦ τι πάντας*; in vit. Them. c. VII. *πλήθει τῶν νέων σύμπαντας ὁμοῦ τι τοὺς ἄλλους ὑπερέβαλλον*; in vit. Alcib. c. XIII. *τοῖς δὲ κωμικοῖς ὁμοῦ τι πᾶσι διατριβὴν ἀεὶ σκωπτόμενος ἐν τοῖς θεάτροις παρεῖχεν*; in vit. Cic. c. XVI. *καὶ δισμυρίων ὁμοῦ τι συνηθροισμένων*; in vit. Arat. c. IX. *οἷς μακρὰ μὲν ἡ πλάνη καὶ ὁμοῦ τι πεντηκονταετὴς ἐγεγόνει.*

c. XXII l. 12.

Ὁ μὲν γὰρ Ἀγησίλαος, ὥς ἔοικε, πρὸς τὸν εἰπόντα. „Φεῦ τῆς Ἑλλάδος, ὅπου μηδίζουσιν ἡμῖν οἱ Λάκωνες." „[Οὐ,] μᾶλλον," εἶπεν „οἱ Μῆδοι λακωνίζουσι."

οὐ Reiskii Coraes, post *λακωνίζουσι* signum interrogationis ponit Schaeferus. Schaeferus, ego deleam *οὐ*, cf. Ages. 23 mor. 213[b]. Haec *Sintenis*. Nos vero, una litera inserta, legimus „*Οὐ μᾶλλον*" *εἶπεν* „*ἢ οἱ Μῆδοι λακωνίζουσι.*"

c. XXIII l. 8.

Οὐ γὰρ ἐνέμεινε τῇ ὀργῇ πολὺν χρόνον ὁ βασιλεὺς, ἀλλὰ διηλλάγη τῇ μητρὶ καὶ μετεπέμψατο νοῦν μὲν ὁρῶν ἔχουσαν καὶ φρόνημα βασιλείας ἄξιον, αἰτίας δὲ μηδεμιᾶς οὔσης ἐμποδὼν ἔτι δι' ἣν ὑπόψονται συνόντες ἀλλήλοις ἢ λυπήσουσιν.

Emendandum *ἀλλήλους*. Si verbum una cum participio diversum casum regenti ad unum idemque objectum refertur, suum utrumque casum jure postulat, verum verbum obtinet ac vel participio intercedente attrahit. Exempla afferam: in vit. Anton. c. VIII. *δὶς δὲ φεύγοντας προτροπάδην τοὺς Καίσαρος ἀπαντήσας ἀνέστρεψε·* Arat. c. XXXVIII. *ὅτε καλῶς εἶχε καὶ ἀκόντων ἐπιστάντα σώζειν τὸ κοινόν·* in Xenoph. Anab. I, 8, 11. *καλέσας παρεκελεύετο τοῖς Ἕλλησι τὴν κραυγὴν τῶν βαρβάρων ἀνέχεσθαι·* Memor. I, 4, 17. *ὁ σὸς νοῦς ἐνὼν τὸ σὸν σῶμα, ὅπως βούλεται, μεταχειρίζεται.* Unde in Plutarchi Arat. c. VIII med. *οἰομένους τὸν κυνηγὸν ἐπικρύπτειν κοινωνοῦντα τῇ πράξει.* ne dubita reponere ΤΗΝ ΠΡΑΞΙΝ.

l. 18.

Τέλος γοῦν γῆμαι τὴν κόρην ἔπεισε καὶ γνησίαν ἀποδεῖξαι γυναῖκα χαίρειν ἐάσαντα δόξας Ἑλλήνων καὶ νόμους.

Imo lege *Τέλος δ' οὖν*. Non adverbium *τέλος* urguetur, sed simpliciter oratio, consequentia indicata, procedit.

c. XXIV l. 16.

Ἐνταῦθα Τηρίβαζος, ἀνὴρ πολλάκις μὲν ἐν πρώτῃ δι' ἀνδραγαθίαν τάξει γενόμενος, πολλάκις δ' ἀποῤῥιφεὶς διὰ κουφότητα καὶ τότε ταπεινὰ πράττων καὶ περιορώμενος, ἔσωσε βασιλέα καὶ τὸν στρατόν.

Propria vis verbi *περιορᾶν* ejusmodi est quae hic ferri non possit, quippe quod cum participio construi amet significetque idem atque *ἀνέχεσθαι*, *ἐφορᾶν* cum participio *sino*, *patior aliquid fieri* veluti supra in c. VII *περιεῖδε τὸν Κῦρον ἐντὸς παρελθόντα καὶ Βαβυλῶνος αὐτῆς οὐ μακρὰν γενόμενον·* in c. XVIII med. *καὶ μὴ περιϊδεῖν ἐπὶ τῇ βασιλέως ὠμότητι*

τὸ τέλος αὐτοῦ γενόμενον· in vit. Anton. c. LXXXIV *μηδ' ἐν ἐμοὶ περιΐδῃς θριαμβευόμενον σεαυτόν·* Brut. c. XXV *τοὺς ἑαυτῶν περιορᾶν ἀδικοῦντας.* Arat. c. XLIV *ὡς ἄνθρωπον οὐ πονηρόν — περιϊδὼν παρανόμως ἀπολλύμενον.* Sed levi mutatione emendandum est *παρορώμενος* i. e. *contemtus*, quod bene convenit cum antecedenti *ἀποῤῥιφείς.* Luculentum locum apponam e. c. XXII med. *Ὁ δ' οὕτως ἐξημέλησε καὶ παρεῖδε καὶ ἀπέῤῥιψεν αὐτὸν, ὥστε κτέ.*

l. 25.

Ἐξηπάτα δ' ἑκάτερον ἑκάτερος λέγων, ὡς ἅτερος ἐπιπρεσβεύεται πρὸς τὸν Ἀρτοξέρξην φιλίαν μόνῳ πράττων ἑαυτῷ καὶ συμμαχίαν· οὐκοῦν, εἰ σωφρονεῖ, χρῆναι πρότερον ἐντυγχάνειν ἐκείνῳ, αὐτὸν δὲ συμπράξειν ἅπαντα. Τούτοις *ἐπείσθησαν ἀμφότεροι, καὶ φθονεῖν ἀλλήλοις νομίζοντες. ὁ μὲν τῷ Τηριβάζῳ συνέπεμψε πρέσβεις, ὁ δὲ τῷ παιδί.*

φθονεῖν ἀλλήλοις νομίζοντες si referre velles ad Teribazi fallaciam, qua reges induxerit ut alterum alteri invidere opinarentur, sententiam quidem aliquam ex istis verbis extorqueres, quam tamen revera non continent. Quod vero significant "*more, usu soliti sibi invicem invidere*" omnes sanae mentis respuerint. Sed illo sensu, quem dixi, scribendum erat *τὸν ἕτερον θατέρῳ φθονεῖν νομίζοντες.* At ne sic quidem concinnitati consulueris, quia quod praemitti debebat effectum sequeretur; etenim *τὸ τοῦτο νομίζειν* causa fuisset *τοῦ πείθεσθαι.* Quid igitur? Levi mutatione loco succurri potest. Pro ΦΘΟΝΕΙΝ ΑΛΛΗΛΟΙΣ scribendum utique ΦΘΑΝΕΙΝ ΑΛΛΗΛΟΥΣ, quod apte respondet Teribazi exhortationi, itaque concinne procedit oratio. Teribazo enim et filio, qui monuerunt *χρῆναι πρότερον ἐντυγχάνειν ἐκείνῳ*, reges obtemperantes putabant *se invicem antevenire.* Hoc jamdudum conjeceram quum cognovi etiam Bryantium itidem conjecisse.

l. 43.

ὥστε τοὺς ἄλλους πτεροῦσθαι καὶ συνεπικουφίζεσθαι τὴν ἐκείνου προθυμίαν καὶ ῥώμην ὁρῶντας.

Verbo simplici *πτεροῦσθαι* hic abusus est Noster pro composito *ἀναπτεροῦσθαι*. Cf. Aristoph. Av. 149. Lys. 669.

c. XXVI l. 8.

Ἐκείνην γὰρ ἐθεράπευεν ὡς γαμησομένην καὶ συμβασιλεύσουσαν αὐτῷ μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτήν.

Imprudens lapsus est Plutarchus scribens *γαμησομένην* pro *γαμουμένην*.

l. 15.

ἀνέδειξε τὸν Δαρεῖον βασιλέα πεντηκοστὸν ἔτος γεγονότα καὶ τὴν καλουμένην κίταριν ὀρθὴν φέρειν ἔδωκε.

Pro *φέρειν* legendum *φορεῖν*. Solum verbum *φορεῖν* *gestare* de omni genere habitus ac vestitus et armaturae Graeci usurpant. Multis locis apud Plutarchum verbum genuinum occurrit; veluti in vit. Flamin. p. 377, b. *καθάπερ ἔθος ἐστὶ τοῖς οἰκέταις, ὅταν ἐλευθερωθῶσι ξύρεσθαί τε τὰς κεφαλὰς καὶ πιλία φορεῖν·* Alex. p. 674, d. *στολὴν ἣν αὐτὸς ἐφόρει πρότερον.* Artax. c. V med. *Δίδωμί σοι καὶ τὰ χρυσία φορεῖν ὡς γυναικὶ καὶ τὴν στολὴν ὡς μαινομένῳ.* Romul. p. 34, a. *τήβεννον ἐφόρει περιπόρφυρον.* p. 31, f. *καὶ φορεῖν ἐπὶ μαντικῇ τὸ καλούμενον λίτυον.* p. 30, f. *θυρεοῖς δὲ τοῖς ἐκείνων ὁ Ῥωμύλος ἐχρήσατο, καὶ μετέβαλε τὸν ὁπλισμὸν ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν Ῥωμαίων, Ἀργολικὰς πρότερον ἀσπίδας φορούντων.* Itaque nunc c. XXIV fin. relegens non dubitabis mecum corrigere *ἀλλὰ τήν τε φαρέτραν ἐνημμένος καὶ τὴν πέλτην φορῶν* pro *φέρων*. Lubet etiam Callistrati versum apponere.

ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω.

c. XXVII l. 5.

Δύσζηλα γὰρ τὰ βαρβαρικὰ δεινῶς περὶ τὸ ἀκόλαστον, ὥστε μὴ μόνον τὸν προςελθόντα καὶ θιγόντα παλλακῆς βασιλέως, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν πορείᾳ προεξελθόντα καὶ διεξελάσαντα τὰς ἁμάξας, ἐφ' αἷς κομίζονται, θανάτῳ κολάζεσθαι.

ἅμαξαι sunt *plaustra*, (Cf. Xenoph. Anab. I, 10, 18.) quibus Regis nimirum mulieres vehi non verisimile est. Sed

idem Noster alibi passim diserte tradit et Regis et Persarum uxores et pellices in *ἁρμαμάξαις* vehi; veluti in vit. Them. XXVI *Τοῦ βαρβαρικοῦ γένους τὸ πολὺ καὶ μάλιστα τὸ Περσικὸν εἰς ζηλοτυπίαν τὴν περὶ τὰς γυναῖκας ἄγριον φύσει καὶ χαλεπόν ἐστιν· οὐ γὰρ μόνον τὰς γαμετὰς ἀλλὰ καὶ τὰς ἀργυρωνήτους καὶ παλλακευομένας ἰσχυρῶς παραφυλάττουσιν, ὥσθ' ὑπὸ μηδενὸς ὁρᾶσθαι τῶν ἐκτὸς, ἀλλ' οἴκοι μὲν διαιτᾶσθαι καταχεκλεισμένας, ἐν δὲ ταῖς ὁδοιπορίαις ὑπὸ σκηνὰς κύκλῳ περιπεφραγμένας ἐπὶ τῶν ἁρμαμαξῶν ὀχεῖσθαι·* in h. vit. c. V *ἡ τῆς γυναικὸς Στατείρας ἁρμάμαξα κτέ.* in Opp. Mor. p. 173, f. *'Αρτοξέρξης — τὴν γυναῖκα τὴν γνησίαν ἐκέλευσε τῆς ἁρμαμάξης τὰς αὐλαίας περιελεῖν ὅπως οἱ δεόμενοι κατὰ τὴν ὁδὸν ἐντυγχάνωσι.* Quod testatur Xenophon et ipse vehicula Persicarum mulierum *ἁρμαμάξας* appellans in Anab. I, 2, 16. *παρελαύνων ἐφ' ἅρματος Κῦρος καὶ ἡ Κίλισσα ἐφ' ἁρμαμάξης·* ibid. § 18. *ἥ τε Κίλισσα ἔφυγεν ἐκ τῆς ἁρμαμάξης·* in Cyrop. VII, 3, 4. *αὐτοῦ ἡ γυνὴ ἀνελομένη τὸν νεκρὸν καὶ ἐνθεμένη εἰς τὴν ἁρμάμαξαν, ἐν ἧπερ αὐτὴ ὠχεῖτο.* Legendum igitur hic *τὰς ἁρμαμάξας.* — Sed alterum restat mendum tollendum. Nam Graece quidem dicitur aut *ἐπὶ τῶν ἁρμαμαξῶν* aut *ἐν ταῖς ἁρμαμάξαις κομίζεσθαι.* Hic autem pro *ἐφ' αἷς* scribito *ἐν αἷς* i. e. *ἐφ' ὧν ὑπὸ σκηνὰς κύκλῳ περιπεφραγμέναι κομίζονται.* Quod apud Xenophontem in Anab. I, 2, 16 legimus *ἐφ' ἁρμαμάξης* significat *γυμνῆς τῶν παραπετασμάτων.*

l. 26.

Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἔδωκε, Τηρίβαζον δ' ἐψεύσατο γήμας αὐτὸς τὴν Ἄμηστριν, ἀντ' ἐκείνης δὲ τῷ Τηριβάζῳ τὴν νεωτάτην Ἄτοσσαν ἐνηγγύησεν.

Nullo codice auctore Sintenis pro imperio scripsit *ἐνηγγύησεν.* Perperam. Neque enim verbum *ἐνεγγυᾶν* exstat, unde istam modo Aoristi formam derivare posses: verum verbum *ἐγγυᾶν* Graecum est. Libri autem dant vel *ἐνεγύησε* vel *ἐνεγγύησεν* (Sg) vel *ἐνηγύησεν.* Recipiendum utique *ἐνεγύησεν.*

c. XXVIII init.

Πῦρ οὖν ἐπὶ πῦρ ἐγένετο τῷ νεανίσκῳ προςκείμενος ὁ Τηρίβαζος ἀεὶ καὶ λέγων, ὡς οὐδὲν ὀνίνησιν ἡ κίταρις ἑστῶσα περὶ τῇ κεφαλῇ τοὺς ὑφ' αὐτῶν μὴ ζητοῦντας ὀρθοῦσθαι τοῖς πράγμασι.

Acumen dicti periit, adjectivo post voc. *κίταρις* omisso *ὀρθή*, cui verbum *ὀρθοῦσθαι* nimirum alludit. Inserito. *ἡ καλουμένη κίταρις ὀρθή* insigne erat regiae dignitatis apud Persas, quod jam Reges designati gestandum accipiebant; ut colligi potest e. c. XXVI med. *ἀνέδειξε τὸν Δαρεῖον βασιλέα πεντηκοστὸν ἔτος γεγονότα καὶ τὴν καλουμένην κίταριν ὀρθὴν φορεῖν ἔδωκε.* Cff. Opp. Mor. p. 340. c. Dio Chrys. Orat. XIII p. 226, a. XIV p. 234, d. Xen. Anab. II, 5, 23 ibique Kruegeri not.

l. 12.

Οὐ ταὐτὸ δ' εἶναι τὸ μὴ τυχεῖν Ὤχῳ κἀκείνῳ τὸ στερέσθαι τῆς βασιλείας. Ὦχον μὲν γὰρ οὐδένα κωλύσειν ἰδιώτην βιοῦν μακαρίως, ἐκείνῳ δ' ἀποδεδειγμένῳ βασιλεῖ βασιλεύειν ἀνάγκην ἢ μηδὲ ζῆν εἶναι.

Primum recipiendum esse *οὐδὲν κωλύσειν* Schaeferi emendationem sensus docet et antithesis *ἀνάγκην - εἶναι* flagitat. Deinde pro *ἀποδεδειγμένῳ* equidem scripserim *ἀναδεδειγμένῳ*. Grave argumentum apponam e c. XXVI med. (Ἀρτοξέρξης) *ἀνέδειξε τὸν Δαρεῖον βασιλέα* —. *Νόμου δ' ὄντος ἐν Πέρσαις δωρεὰν αἰτεῖν τὸν ἀναδειχθέντα καὶ διδόναι τὸν ἀναδείξαντα πᾶν τὸ αἰτηθὲν κτέ.* Unde liquet *ἀναδεικνύναι βασιλέα* significare *regem designare.* Aliam vim habet verbum *ἀποδεικνύναι* scil. *declarandi*, *constituendi;* quod probem exemplis propositis e c. II. *ἀνέβαινεν εὔελπις ὤν, ὡς κατειργασμένης ἐκείνης διάδοχον αὐτὸν ἀποδειχθῆναι τῆς ἀρχῆς.* — *ἀλλ' ὁ πρεσβύτερος ἀπεδείχθη βασιλεὺς Ἀρτοξέρξης μετονομασθείς, Κῦρος δὲ Λυδίας σατράπης καὶ τῶν ἐπὶ θαλάσσης στρατηγός.* et c. III med. *μὴ ἀποδειχθέντος ἐκείνου βασιλέως.*

l. 20.

Κυπρογένεια δ' οὐ πάμπαν ἀναίτιος, ἡ τῆς Ἀσπασίας ἀφαίρεσις.

Appositio ἡ τῆς Ἀσπασίας ἀφαίρεσις aliquanto mente auctoris fraudat; dimidio minus continent quam ipsa sententia. Κυπρογένεια δ᾽ οὐ πάμπαν ἀναίτιος, quae utriusque respicit amorem infelicem Teribazi et Darii. Ejiciatur igitur ista appositio. Ceterum reliqua speciem versus dactylici prae se ferunt, quem ut in integrum restituas, lege:

Κυπρογενὴς δ᾽ οὐ πάμπαν ἀναίτιος.

c. XXIX l. 16.

Ὡς δ᾽ εἶδεν ἐσπασμένους τὰ ἐγχειρίδια καὶ προςφερομένους, ταχὺ τὴν αὐλαίαν ὑπολαβὼν ἀνεχώρησεν εἰς τὸ ἐντὸς οἴκημα καὶ τὰς θύρας ἐπήρραξε κράζων.

Recipienda est lectio quatuor codicum A B C D ἐπήραξε. Exemplo sit Platonis Protagora p. 314, d. ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν τὴν θύραν ἐπήραξε. Aoristi forma ἐπήρραξε, quam Sintenis praetulit, non deduci potest nisi a verb. ἐπαρράσσω aut ἐπερράσσω, quae non exstant. Verum enimvero verbum est ἐπαράσσω, compositum ex ἐπί et ἀράσσω, unde ἀραγμός, ἄραξις, ἀράγδην cet. derivata.

Scrips. m. Septemb. a. MDCCCLII.

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

CAESARIS COMMENTARIUM DE BELLO CIVILI.

SCRIPSIT

D. TERPSTRA,
Phil. Theor. Mag. Litt. Hum. Doct.

Liber I.

Cap. 6. Cl. Nipperdeïus verba inde a "*Philippus et Marcellus-exempla*" sic emendata voluit.

"*Consules privato consilio praetereuntur neque eorum sortes dejiciuntur; neque exspectant, ut de eorum imperio ad populum feratur paludatique votis nuncupatis exeunt. Consules ex urbe proficiscuntur lictoresque habent in urbe et Capitolio privati contra omnia vetustatis exempla.*"

Primum de voce "*Consules*" videndum, quod V. Cl. substituit in locum vulgati "*Philippus et Cotta*" vel "*Philippus et Marcellus*," dicens, quum Caesar in superioribus provincias privatis datas esse queratur, necesse esse hoc loco nominet eos, qui hoc tempore privati non essent.

Et recte quidem, ut mihi videtur; modo ne "*consules*" V. Cl. h. l. substituisset. Quid enim significat in provinciis sortiendis consules esse praeteritos, quorum ratio nequaquam

haberi poterat? Quid igitur? Retinendane vulgata? Minime; sed, si Caesaris verba accurate perpenderimus, ex hoc et sequenti capite patebit, non id notare Caesarem, consules in sortitione esse praeteritos, sed morem majorum in designandis provinciarum praefectis neglectum esse queri omissaque multa, quae olim in creandis magistratibus usu venire solerent.

"*Contra omnia*, inquit, *vetustatis exempla.*" Inde etiam privatis provincias decretas dicit et neglecta lege curiata de imperio privatos fasces habere, postquam consules urbem reliquerint: inde Afranium, quum is non tam diu post in Hispania victus fidem suam erga Pompejum excusaret, non a se initium belli civilis factum esse docet, sed a paucis illis optimatibus, quorum in se odio "*omnia haec jam pridem contra se parari: in se novi generis imperia constitui, ut idem ad portas urbanis praesidia rebus et duos bellicosissimas provincias absens tot annos obtineat: in se jura magistratuum mutari, ne ex praetura et consulatu, ut semper, sed per paucos probati et electi in provincias mittantur.*"

Ergo neque cupiditate adeo occaecatus erat Caesar, (quae Nipp. est sententia pag. 128) ut oblitus ejus legis, quae anno 54. a C. N. de magistratibus erat facta et a Pompejo in consulatu instaurata, propterea h. l. privatis provincias decretas esse diceret; neque eo tempore, quo commentarios scripsit, sperabat fore, ut haec dissimulatio legis (ut opinatur V. Cl. pag. 131) legentes fugeret; non dissimulavit enim; sed aperte indicat legem in iis, quae Afranio respondit.

Verum, ut nihil, quod Romae a factiosis illis Pompeji amicis gerebatur, Caesarem in Gallia fugiebat, ita hoc potissimum animum ejus odio impleverat, eosdem homines, qui reïpublicae causa legem Pompejam de magistratibus factam dicerent, in se revera eam tulisse, ut post finitum imperium privatus Romam veniret atque in potestate esset Pompeji, cui contra legem in quatuor novos annos imperium erat prorogatum. Itaque tum invidia et odio incensus, tum quod popularis haberi cupiebat [1]), quae proximis annis lata erat

1) Vid. v. Limburg Brouwer in opere, cui titulus: *Cesar en zijne tijdgenooten.* tom 3 pag. 36, 48 sqq. Index Legg. in Orell. Ciceronis Ed. in voce *Lex*

lex, eam, ut legibus et mori majorum contrariam, se non agnoscere ostendit neque probasse eo tempore, quo bellum erumperet [1]: id quod facto confirmavit, quum et legem et senatusconsultum ex ea factum abrogaret, simul ac rerum esset potitus.

Quosnam igitur ex Caesaris sententia praeterire et in sortitione provinciarum negligère non oporteret, jam unusquisque videt: anni scilicet proximi consules, qui more majorum proconsules erant designati atque adeo privati vocari neque poterant neque debebant. In locum adeo eorum, qui in vulgata nominantur, substituo

"*Paullus et Marcellus*"

qui anno 50 a C. N. consules fuerunt.

Porro post *dejiciuntur* Nipperdeïus exulare jussit verba: "*In reliquas provincias praetores mittuntur.*" Tres ab eo afferuntur rationes:

1°. Quod, licet *praetores* pro *praetorii* poni possit, tamen male Caesar facturus fuisset, si h. l. ambigue esset locutus.

2°. Quod supra jam declaratum esset, reliquas provincias praeter duas praetorias fuisse.

3°. Quod sic incommode haec verba praeposita sint sequentibus "*Exspectant*" reliq.

Verum, ut jam Herzogius V. Cl. animadvertit:

1°. Hoc loco "*praetores*" poni necesse est, quia *privati*, non *praetorii* erant ii, qui in provincias mittebantur. Praeterea, qui cum imperio in provincias ibant, saepe *praetorum* nomine apud antiquos designantur [2].

2°. Etsi jam supra dictum erat, duas provincias consulares, reliquas praetorias futuras, tamen incertum a Caesare erat relictum, utrum, quae Scipioni et Domitio obvenissent,

---

Pompeja de magistratibus. Cf. Caesar B C. 1. 22. "*Sed ut se a contumeliis inimicorum.*" reliq.

II. 1. 32. "*Acerbitatem inimicorum*" reliq.

II. 1. 9. "*Libera comitia atque omnis respublica Senatui populoque Romano permittatur.*"

1) Verbis sc.: "*Provinciae privatis decernuntur.*

2) Vid. Bremi ad Nep. vit Hannib. cap. 4 § 3.

praetoriae an consulares essent; unde ad omnem evitandam ambiguitatem rite adjungit: "*in reliquas praetores mittuntur.*" Etenim non semper eaedem provinciae consulares erant; sed ante creatos magistratus constituebatur [1]), quaenam consulares, quaenam praetoriae essent. Immo vero haec verba omittere Caesar non potuit, si ambiguus esse nollet; quum non tantum consules et consulares, sed etiam praetores legem curiatam non exspectavissent [2]) idque a scriptore indicari oporteret. Enallage vero, de quo Herzogius annotavit ad verba "*Praetores mittuntur neque exspectant*" commode tollitur, si sic interpungamus: "*sortes dejiciuntur, in reliquas provincias praetores mittuntur. Neque exspectant*" nempe consules, proconsules et propraetores.

.3°. Si Nipperdeïi adsciveris emendationem, consulum ex urbe profectionem bis memorari patet. Sic enim legitur: "*Consules praetereuntur — sortes dejiciuntur: neque exspectant — exeunt. Consules ex urbe proficiscuntur.*"

Cap. 7. "*Novum iu republica introductum exemplum queritur, ut tribunitia intercessio armis notaretur, quae superioribus annis armis esset restituta — Sullam — ademisse.*"

In his primo verba, "*quae superioribus annis esset restituta*" displicent Nipperdeïo; mea sententia, immerito. Nam quod "*superioribus annis*" ad Pompeji aetatem respicere statuit, in eo falli V. Cl. persuasum mihi est, quoniam paullo infra Caesar de Gracchorum et Saturnini caedibus locutus eadem formula usus est (*superioris aetatis*) significans, ut patet, tempora, quae suae aetati proxima non erant. Quid? quod Cicero Senect. cap. 8 "*in superiore vita*" dixit [3]), omnem, ut opinor, indiçans aetatem, quae praeterlapsa erat, antequam quis senex fieret. Ergo ad Pompeji aetatem illa referri ipso Nipperdeïo judice non possunt, quod contra historicam fidem armis restituta intercessio dicatur; nos linguae latinae ratio non prohibet, quominus per *superioribus annis* antiquiora tempora significari dicamus. Quocirca Decemvirorum aeta-

1) Vid. Göttling, *Geschichte der Rom. Staatsverf.* pag. 441, 465 et 467.
2) Dio Cassius Hist. lib. 41. c. 43.
3) Cf. Caesar B. C. I. 1. "*Turbulentissimi superioribus temporibus tribuni.*"

tem in animo habuisse Caesarem arbitror, quum, — iis contra jus fasque tertio anno imperium retinentibus annitentibusque patriciis, ut consulatus, sublato tribunatu, restitueretur, — plebs cum libertate tribunos etiam armis repeteret [1]). Jam Sulla quidem non *plane* [2]) liberam intercessionem reliquit (id quod a Caesare negatum aegre etiam tulit Nipperdeïus); sed ejusmodi verba, quum in oratione occurrunt, non adeo ad amussim sunt exigenda, praesertim, si ad milites concio habeatur, quorum major pars legum non magis fuerit perita, quam hodie ejusmodi homines esse solent. Caesari opus erat, ut milites injuriarum enumeratione in Senatum optimatesque exasperaret; non ut accurate definiret, quatenus Sulla intercessionem liberam reliquisset. Inde quoque Pompejum cum Sulla comparat atque illum hoc pejus fecisse ostendit, quod Sulla, quum omnia tolleret tribunorum jura, excepta intercessione, hanc intactam reliquerit; Pompejus vero, qui ea omnia reddiderit, nunc armis notaret atque opprimeret, quam restituerat, potestatem et ne intercessionem quidem inviolatam esse pateretur.

Itaque verba "*quae ante habuerint*" non ita explicanda sunt, ut Nipperd. voluit, "*Antequam tribunitia potestas a Pompejo restitueretur*," sed referenda ad illos superiores annos, quibus tribunitiam potestatem armis restitutam esse demonstravimus. Quare vox *dona*, ad participium *amissa* explicandum intrusa, exulet, reliqua retineantur, deficiente causa, cur exstirpentur, satis valida et ita legamus:

"*Pompejum, qui amissa restituisse videatur, etiam, quae ante habuerint, ademisse.*"

De judicio Nipperdeïi, verba "*nulla lex — secessio facta*" delenda existimantis, conferantur quae disseruit Cl. Herzogius ad h. l., quibus dubius evasi, quid statuerem. Tamen Caesaris lib. 6 cap. 10 afferri non debuit, quod in eo nihil

---

1) Liv. 3. 50. "*Eunt agmine ad urbem et Aventinum insident; ut quisque accurrerat, plebem ad repetendam libertatem creandosque tribunos adhortantes.*"

Liv. 3. 37. "*Id modo plebes agitabat, quonam modo tribunitiam potestatem repararent.*" Cf. Hullm. Grundverf. pag. 202 seqq.

2) Vid. Göttling, pag. 465—468.

est, quod cum loco, de quo agimus, comparari possit. Vid. etiam B. C. 2. 32. "*Vos enim vestrumque factum*" reliq.

Cap. 39 § 2. Nipperdeïus sic edidit:

"*Caesar legiones in Hispaniam praemiserat sex. Auxilia peditum V millia, Equitum III millia omnibus superioribus bellis habuerat et parem ex Gallia numerum, quam ipse pacaverat, nominatim ex omnibus civitatibus nobilissimo et fortissimo quoque evocato. Huc (item) optimi generis — addiderat.*"

In quibus quaedam minus probanda esse videntur. Nam cur vulgatam mutaret V. Cl., causa non erat. Caesar, ut cap. 38 traditur, Fabium cum tribus legionibus in Hispaniam praemiserat: reliquas, quae longius hiemabant, subsequi jussit. Quot autem legiones subsecuti sint, monere non erat opus; nam ex superioribus hujus libri capitibus numerus legionum certo definiri potest. vid. cap. 8, 25, 30, 36 cf. lib. 2 c. 23. Secundum ea, quae ibi memorantur Caesar legiones habebat

Veteranas	=	9	Ex his datae		
Ex novo delectu in itinere	=	3	Curioni	=	4
Legiones, quae Corfinii ad eum transierant	=	2	Valerio	=	1
Summa	=	14	Summa	=	5

Ergo restabant 9, quas secum duceret in Hispaniam. Ex his vero 3 ad Massiliam relictae; unde efficitur 6 in Hispaniam esse ductas. Satis igitur erat dicere: *legiones praemiserat*, quod ex ante dictis lectores ipsi numerum conficere poterant.

De auxiliis mentio fit cap. 18 lib. 1 ubi legimus: "*Eo triduo legio octava ad eum venit cohortesque ex novis Galliae delectibus XXII,*" quae efficiunt fere undecim millia peditum et Cicero Ep. ad Att. 9. 13 eum auxilia Gallorum decem millia peditum, sex millia equitum habuisse dicit, de copiis, quas in obsidione Brundusii habuerit, sermone facto.

Ergo his codd. scripturae mutationem superstinere nimis temerarium videatur, quum neque ex Ciceronis verbis neque aliunde sciamus, quot numero ex auxiliis in Hispaniam missi sint. Caesar certe ea *omnia* praemissa esse non dicit. Post

pugnam apud Ilerdam de novis auxiliis peditum sermo fit cap. 51, numerus vero non additur et cap. 83 de sagittariis et funditoribus.

Accedit, quod verba inde a voce "*auxilia*" non apte cum praecedentibus cohaerent atque ejecta voce "*quae*" post "*equitum millia*" plane obscura fiunt, quoniam, ut ex Nipperdeïi recensione verba se habent, non quot in Hispaniam venerint, sed quot in Gallia habuerit, signicatur et enumeratio copiarum ejusmodi est, ut, si numerus eorum duplicetur, inde non efficiantur Ciceronis. illa *auxiliorum Gallicorum X millia;* nam illa auxilia et equites, quibus par numerus ex Gallis additus, ex aliis populis fuerint necesse est, post "*parem numerum*" verbis "*ex Gallis*" additis. Praeterea errat V. Cl., si putet, auxilia illa a Caesare in omnibus superioribus bellis fuisse usurpata. Contrarium ipse Caesar ostendit B. C. l. 1 c. 18, ubi legimus "*cohortesque ex novis Galliae delectibus.*"

Itaque neque Herzogii emendationem admittendam existimo, qui verbis *sex* et *ad* transpositis, legit:

"*Praemiserat sex, at nulla auxilia peditum, equitum tria millia*" reliq.

Equidem retinendam esse vulgatam censeo; ex illis enim 10000 peditibus verosimiliter levis armaturae [1]) quin aliquot millia ad Massiliam Trebonius retinuerit vel in Italia Caesar reliquerit [2]), non dubito.

Itaque verba "*quae omnibus superioribus bellis habuerat*" ad solos equites pertinent; auxilia autem, ut vidimus, ex novo delectu Caesar coëgerat. Equites vero illi Romanorum et Germanorum putandi sunt, quo genere Caesarem superioribus annis usum ex libris de bello Gallico videre licet [3]). Quodsi parem ex Gallis numerum addideris, habebis sex illa millia equitum, de quibus Cicero mentionem fecit.

Relinquitur, ut de verbis "*quam ipse pacaverat*" paulisper

---

1) Vid. cap. 83 l. 1. "*Sagittarii funditoresque.*" cap. 51 "*Sagittarii ex Rutenis.*" cap. 83 "*Germanos levis armaturae.*"

2) Ita fecit Caesar, quum in Graeciam transiret v. B. C. lib. 3 c. 22. "*Ubi quum quosdam. ejus municipii sollicitaret equitibusque Caesaris Gallis atque Hispanis, qui eo praesidii causa missi erant* reliq.

3) Vid. v. c. B G. 7. 13." passim.

disseramus: quae quid h. l. significent, alii viderint. Si scriptum esset, "*quam pacaverat*," causa indicari posset, cur e Gallia copiae ad Caesarem mitterentur; verum additum pronomen "*ipse*" quo referam, non habeo. Nam quid differebat, utrum ipse an per legatos fecisset, quum ejus copiis et nomine ejus Galliam subactam esse constaret? Contra "*quem ipse paraverat*" sensum habet optimum explicaturque proxime sequentibus. Non ex delectibus enim, ut auxilia peditum, sed evocationibus nominatim factis ipse equitum illum numerum sibi adjunxerat atque his ipsis, velut obsidibus, quietam Galliam praestabat.

Tandem adverbium "*hinc*" Taciti loco Ann. lib. 3 c. 18 defendere posse mihi videor, qui sic se habet. "*Objecere* (sc. inimici Pisonis) — *ipsum peremisse; sacra hinc et immolationes nefandas ipsius atque Plancinae. Hinc* h. l. idem valet ac *deinde* vel *tum;* nam verba a "*Sacra*" usque ad "*Plancinae*" continent novum crimen Pisoni objectum, ut ex sequentibus perspicuum fit. cf. Tacit. Agr. cap. 14. "*Suetonius hinc Paulinus*" reliq.

Cap. 58. In hoc capite "*Nostros eludebant impetusque eorum excipiebant.*" Nipperdeïus, reliquis retentis, legi maluit "*decipiebant*," quod *eludere* atque *excipere* sibi plane sint contraria, et alterum alterum tollat. Herzogius vero *excipere* explicat *lacessere.* Neutrum mihi verum videtur; nam "*excipere impetum*" rite Nipperdeïus de eo dici ostendit, qui loco non cedit, sed exspectat adversarium, et *decipere*, de re inanimata dictum, poëtis potius concesserim, quam historico. Itaque pro "*excipiebant*" propono "*effugiebant*," quod non longe a vulgato distat et ad sensum magis accommodatum est. cf. Caes. B C. 2. 41. "*Numidae integri celeritate impetum nostrorum effugiebant, rursusque ad ordines suos se recipientes circumibant et ab acie excludebant*"

Cap. 62. "*Huc jam deduxerat rem, ut equites — possent — transire; pedites vero tantummodo humeris ac summo pectore exstare et — impedirentur.*"

Ita locum edidit Oudendorpius, expuncto "*non*," quod in antiquissimos et plerosque codices irrepsit; infinitivum enim "*exstare*" jungi posse cum verbo "*possent*," quod verissimum est.

Optimi codices habent vel *exstarent* vel *exstare.* Pro hac scriptura militat alius locus Caesaris, qui invenitur B. G. 7. 56., ubi haec legimus: "*Vadoque per equites invento pro reï necessitate satis opportuno, ut bracchia modo atque humeri ad sustinenda arma liberi ab aqua esse possent.*"

Aliam viam iniit Cl. Herzogius. Is transpositione adhibita legit: "*Exstare. Sed ut quum altitudine — non impedirentur*" reliq, hoc sensu: sed fac, eos altitudine et vi aquae non prohibitos fuisse transitu, tamen nihil profuisset, quum eodem tempore pons hostium perfectus nuntiaretur.

At ita rectus sensus non evadit. Nam non id significare Caesar voluit, datam transeundi copiam nihil prodesse, quum ab hostibus eodem tempore pons esset perfectus; sed militum in opere perficiendo continuum laborem et admirabilem festinationem, quae inde maxime intelligi poterat, quod, quum nuntiato pontis faciendi consilio tanta esset fluminis altitudo, ut humeris tantum ex aqua milites exstarent — tamen ponte perfecto vadum in Sicori reperiebatur.

Ergo neque Herzogium audiendum puto, nec Clarkium sequor e codice uno legentem *exstabant*, puncto post verbum "*transire*" posito, particula "*et*" mutata in *ut.* Sic:

"*Ut equites — possent — transire. Pedites vero — exstabant, ut — impedirentur.*" Etsi recte hic judicabat, voculam "*non*" esse delendam, quum sensus sit, milites revera fuisse impeditos, quominus flumen transirent. Verum tam longe a vulgato recedere non erat opus. Plerique codices habent "*exstare*" vel "*exstarent*," quorum prius si assumseris, eundem assequeris sensum, quem jure Clarkius desiderabat. Verebatur V. Cl. ne absurdum sit dicere: "*In flumine avertendo huc jam deduxerat rem, ut pedites tantummodo humeris exstare possent,*" ratus in priore membro notionem inesse felicis magni laboris successus, in altero reï minimae effectae. Quod verissimum est, sed tamen plane congruit ad Caesaris sententiam. Scilicet ab initio capitis usque ad "*sed tamen*" Caesar enarrat, summo militum labore parum adhuc opus processisse, ita ut equites aegre transire possent, pedites vero ob id ipsum, quod pedibus irent, humeris tenus aqua tegerentur. Igitur et "*aegre transire*" et

"*humeris tantum exstare*" significant maximi conatus exiguum effectum; reliqua a verbis "*sed tamen*," pertinacia et alacritate militum opus tam festinanter eo perductum, ut vadum inveniretur.

Tandem quomodo particula *non*, quod plerique codices habent, in textum venit? Credo errore legentium, qui sententiam non satis caperent et aeque ac quidam posterioris aevi interpretes posteriore capitis parte significari opinarentur, Caesaris milites incassum tantopere sudasse, quoniam pons hostium esset absolutus atque Afraniani evaderent, antequam Caesariani Sicorim transire possent. Itaque Oudendorpium sequor, sic legentem:

"*Summo labore militum Caesar — huc jam deduxerat rem, ut equites, etsi difficulter atque aegre fiebat, possent tamen atque auderent flumen transire, pedites vero tantummodo humeris ac summo pectore exstare et quum altitudine aquae, tum etiam rapiditate fluminis ad transeundum impedirentur. Sed tamen*" reliq.

Cl. Nipperdeïus in reliquis Oudendorpium secutus "*deduxerat*" mutavit in *reduxerat:* quod non facile adsciverim. Quid enim aliud *reducere* significat, nisi *rem in pristinam conditionem restituere?* id quod h l. non convenit. Antea enim pedites equitesque duobus pontibus flumen transibant, nunc vero, ut vado transirent, nitebantur. *Deducere* autem proprie denotat: *e loco superiore in planum ducere* et quia origo alicujus reï fine est superior, secundariam significationem habet: *rem quandam ab initio perficere ad certum finem*, qui verbis proxime sequentibus definitur. Itaque nostro loco verbo *deducere* aliud melius adhiberi non potest. Milites in avertendo flumine tanta alacritate erant usi, ut multum in opere perficiendo processissent. Terminus ad quem h l. designatur verbis: "*ut equites*" reliq. Eadem significatione Caesar hoc verbum adhibuit B. C. l. 1 c. 86.

"*Paucis quum esset in utramque partem disputatum, res huc deducitur, ut*" reliq.

Cap. 64. "*Prima luce — cernebatur equitatus nostri praelio novissimos illorum premi vehementer ac nonnumquam sustinere extremum agmen atque irrumpi.*"

Ita edidit Nipperdeïus, opinatus "*sustinere*" recte eos dici, qui hostium impetum excipiunt; *interrumpi* vero agmen peditum ab equitibus non potuisse.

Rem partim expedit Herzogius: pro "*sustinere*" suasit "*sustineri*" eadem significatione, qua *retardari*, *impediri*, quae quidem dicendi ratio a stilo Caesariano non esset aliena, (vid. V. Cl. ad h. l. cf. B. C. 1. 67) si verbum *sustinere* hac significatione in commentariis inveniretur; verum *subsistere*, quod nonnulli codices habent, a Caesare usurpatur in re simili. B. C. 1. 79. quamquam et ibi Ant. Edd. et Codex unus habent "*sustinere.*" Ceterum, qui ab Oudendorpio ad defendendum verbum "*sustinere*" afferuntur loci, nihil probant, nisi *sustinere* etiam sine pronomine reflexivo significare *impetum hostium ferre.* At hoc, etsi verum est, locum non sanat; agitur enim de conjunctione verborum *sustinere* et *interrumpi*, quorum hoc passivam habet et cladis illatae significationem, illud, si cum Nipperdeïo feceris, activam et cladis repulsae: utrumque autem opponitur sequentibus "*signa inferre*" et "*propellere:*" unde patet, prius vocabulum esse mutandum. Quare vel cum Herzog. legas "*sustineri*" vel nobiscum "*subsistere*," quod cur ab Oudendorpio glossa habeatur, non assequor [1]). De "*irrumpi*" etiam habeo, quae dicam. Rationi enim, quae affertur calculum adjicere dubito. Nam equites ipsi a V. Cl. dissensisse mihi videntur, quum "*magna multitudine circumfusa morari atque iter impedire coeperint*" (vid. cap. 63 extr.) Qui circumfunduntur a latere aperto hostes invadere potuisse per se patet: unde fit, ut subinde pars militum, contra hostem se defendere conati, a reliquis, qui iter facere pergant, separentur et subsistant.

Quae sequuntur nostrae opinioni quam maxime favent; qui enim prius substiterant, alias signa inferunt, quique paullo ante interrupto agmine a reliquis separati pugnabant, nunc cum reliquis conjuncti universarum cohortium impetu equites propellunt.

Quodirea codicum scripturam retinere malo, dubitans eti-

1) Vid. Caes. B. G. 1. 15. "*Helvetii audacius subsistere.*"

am, num latine recti *agmen irrumpi* dicatur. Irrumpimus urbem, portam, stationes hostium, verbo, loca cujuscunque generis, in quae fit irruptio; agmen vero invadimus, aggredimur. reliq.

Cap. 76. "*Flens Petrejus manipulos circuit militesque appellat: neu se, neu Pompejum, absentem, imperatorem suum adversariis ad supplicium transdant, obsecrat.*"

Locus procul dubio depravatus. Pompejus quidem in Hispania non erat, quo tempore haec oratio a Petrejo est habita; verum quis dedat absentem ad supplicium.

Emendo igitur:

"*Ne se, imperatorem suum, adversariis ad supplicium transdant, obsecrat.*"

Cl. Herzogius locum defendere conatur dicendo *neu* — *neu* vetare duo res omnino pares, ut aeque culpandus sis, utramcunque commiseris. Pertinere autem vetitum, hac formula expressum, non ad rem praesentem, sed spectare ad futuram: quasi dixerit Petrejus, si forte aliquando animo conciperitis sive me, sive Pompejum absentem tradere hostibus, aeque vos contra jus fasque facturos puto.

Quod quid ad rem pertineat, me non intelligere fateor. Si de solo Pompejo ageretur, intelligo fieri potuisse, ut Petrejus diceret: si unquam consilium ceperis Pompeji tradendi, male feceris. At vero de Petrejo quoque tradendo sermo est: igitur de re praesenti agitur. Sed credo [1]) h. l. duo nomina Pompeji et Petreji esse permutata et olim in margine scriptum fuisse "*ne Petrejum*" ad explicandum "*ne se*" quod in textu erat; id vero depravatum in "*ne Pompejum*" postea in textum esse receptum, utroque *ne* in *neu* mutato. Tum autem vel mirabundus vel explicandi causa adscripserit aliquis "*absentem*," quod exulat duobus codicibus.

Haec quum scripsissem, orta mihi est suspicio quaedam, posse propius etiam ad codicum lectionem accedi, si evincerem, Afranium, etsi cum Petrejo communiter bellum administraret, Petrejum tamen dignitate superasse et revera solum

1) Hanc corruptionis explicationem debeo viro doctissimo collegaeque amicissimo N. J. B. Kappeijne van de Coppello.

summum imperium habuisse. Hoc autem inde suspicor, quod primum utriusque exercitus semper a Caesare *Afraniani* nominantur eaque, quae communi consilio statuerint, ab Afranio effecta esse memorantur vid. v. c. B. C. 1. 41, 46, 70, 71. cf. 42, 43, 61, 75. Deinde, quum in eo esset, ut exercitus Caesari traderetur, prodit *Afranius* cum Caesare colloquium habiturus ac filius ejus obses Caesari traditur. cap. 84. Porro in lib. 3. 83. *L. Afranium* solum proditionis postulare voluisse Attius Rufus dicitur, referens ea, quae ille cum Petrejo in Hispania gessisset et cap. 88 mentio fit copiarum, quae ab *Afranio* in Graeciam transductae sint.

Quodsi igitur inde concludere liceat, Afranium solum summae reï praefuisse, locus sic restitui posset: "*Neu se, neu imperatorem suum (i. e. Afranium) adversariis ad supplicium transdant.*" Jam illos, qui imperatorem de Pompejo explicarent, hoc nomen in margine adscripsisse, non est, quod miremur aliumque, qui fieri posset, ut Pompejus absens traderetur, non intelligentem addidisse "*absentem*" nobis videri, jam supra significavimus.

Cap. 79. "*Genus erat hoc pugnae. Expeditae cohortes novissimum agmen claudebant pluresque in locis campestribus subsistebant.*"

Ita omnes Mss.; vulgata habet ex Ciacconii conjectura "*pluries*," quod adverbium, ab aevi Caesariani scribendi ratione alienum, notatur a viris doctis. Inde complures eorum conjecturae, quas videre licet apud Herzogium ad h. l., ubi omnes rite dijudicantur atque improbantur.

Ipse Herzogius emendat "*plerisque in locis compestribus sustinebant.*" Verum ita oritur asyndeton, quod apud Caesarem, nisi in enumerationibus rerum et causarum aut in rerum celeriter sibi subsequentium expositione, non usurpatur. Propono [1]) igitur: "*Pluribusque in locis campestribus subsistebant.*" Hoc modo melius fluit oratio et verbum "*subsistere*" opponitur sequentibus "*Facile ipsa loci natura periculum repellebat;*" quibus annuit Caesar tum opus non fuisse, ut

---

1) Vid. Obserat. ad lib. 2. cap. 29. not. 2, et B. G. 1. 22. "*Caesar suas copias in proximum collem subducit, aciem instruit*" reliq.

subsisterent, quod sine periculo progredi et primum agmen assequi possent. *Pluribus* h. l. habet notionem τοῦ *compluribus*, *quibusdam*, ut apud Ciceronem de Fin. 2. 28 "*summus dolor plures dies manere non potest*" et Livium 40. 4 "*Plures enixa partus.*" Cf. Caesar B. C. 3. 24. "*Atque eas in littore pluribus locis separatim disposuit.*"

Cap. 80. "*Caesar relictis legionibus subsequitur, praesidio impedimentis paucas cohortes relinquit: hora decima subsequi pabulatores equitesque revocari jubet.*"

Interpretes offenderunt in verba "*relictis legionibus.*" Alii "*eductis legionibus*" alii "*reliquis legionibus*" emendant. *Reliquis* placet Herzogio, locum sic explicanti: "*cum eo, quod reliquum esset legionum, paucis illis cohortibus detractis.*" *Relictis* a Caesare scriptum esse et oppositum verbis "*digressu nostrorum equitum*" miratur.

Nipperdeïo *reliquis* placere non potuit, quod Graece id recte dicatur, non item Latinis *reliquas legiones* eam copiam dicere liceat, quae detractis paucis cohortibus superesset. Emendat "*expeditis legionibus.*"

Oudendorpius vulgatum defendit meque habet consentientem. *Relinquere* pluribus locis apud Caesarem significat parte alicujus reï dempta sinere, ut altera suo loco maneat.

Itaque "*relictis legionibus,*" ut recte Oudendorpius explicat, idem est ac "*reliquis sibi*": neque erat, cur viri docti locum notarent, si modo recte locum essent interpretati. Nam Caesar de tribus exercitus partibus loquitur: de equitibus, de legionibus relictis, de pabulatoribus. Pabulatores vero nunquam soli exibant, sed, ut ipse Caesar dicit, ex consuetudine vel quaedam legiones pabulatum exibant vel una duaeve legiones praesidii causa una cum pabulatoribus egrediebantur. Vid B. G. 4. 32, B. C. 1. 40 [1]). Hae igitur sunt legiones, quae pabulandi causa aberant, quum hostes e castris subito se proriperent: quibus emissis eae in castris manserant, quibuscum Caesar, ne hostes e manibus emitteret, statim subsecutus est.

1) B. G. 5. 17. Legiones tres pabulandi causa missae ipsae *pabulatores* nominantur.

Liber 2.

Cap. 12. "*Tum hostes urbis direptione perterriti.*"

In hoc etiam loco trepidatur. Urbs nondum erat capta, nedum esset direpta. Itaque claudicat sententia; nam direptio non idem valet ac direptionis metus, ut Herzogius voluit, nec locus ab eo allatus quidquam juvat lib. 1, cap. 30 h. l. "*Perterritus, quod omnem provinciam consentire intelligeret.*" Hic enim causa metus fuisse dicitur res, quae jam acciderat ejusdemque reï experientia; nostro autem loco plane contrarium significatur, animus sc. rei nondum oblatae metu perturbatus.

Emendo igitur "*Urbis diruptione* [1]) *perterriti*" pars enim muri cum turri procubuerat, ut capite proxime antecedenti narratur.

Cap. 15. "*Quod, unde agger omnino comportari posset, nihil erat reliquum.*"

Hunc locum non sanum esse arbitror; altera enim pars alteri non convenit. Nam "*omnino comportare aggerem*" significat, sola comportatione totum aggerem perficere. B. G. 7. 28. "*Veriti, ne omnino spes fugae tolleretur.*"

B. G. 6. 29. "*Sed, ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret.*" Ad id vero nihil reliquum fuisse dicitur; quod non apte cohaeret cum praecedentibus, quia dicendum erat, "*non satis erat reliquum.*" Quare transposita *omnino* sic refingendus locus:

"*Quod, unde agger comportari posset, nihil omnino erat reliquum.*" i. e. Materiae, qua ad priorem aggerem exstruendum usi fuerant, tanta copia erat consumpta, ut omnino nihil superesset, unde novus agger comportaretur. Reliquiae prioris verisimiliter ab hostibus disjectae vel abactae, certe in hostium potestate vel incendio deletae erant.

De loco, ubi *omnino* inserui vid B. C. 2. 16 "*Neque quidquam omnino relinquebat.*" Cf. B. C. 3. 69, B. G. 1. 32, B. G. 1. 46.

---

1) Vid. Seneca Nat. Quaest. 2. 15. *Diruptio Corporum.*

Cap. 16. "*Suorumque tormentorum usum, quibus ipsi magna speravissent, spatio propinquitatis interire.*"

Sperare cum ablativo eo sensu, quo h. l. occurrit, non est Latinum, quod sciam. Latini dicunt *sperare ex vel ab aliqua re* 1). Nec *spatium propinquitatis* quid sit, satis liquet. Conjicio propter "*superavissent*," quod in quibusdam codicibus legitur: "*Quibus ipsis magno superavissent spatio, propinquitate interire.*"

Superare idem est ac "*superior esse*," quo sensu legitur apud Caesarem B. G. 3. 14. "*Virtute, qua milites superabant*" et 5. 31 "*superat sententia Sabini.*" De ablativo modi "*magno spatio*" vid. Weissenborn Gram. Latin. § 273. Simili modo Caesar B. G. 7. 45. "*Neque tanto spatio, certi quid esset, explorari poterat*" 2).

Confirmatur conjectura Lucani verbis l. 3. vers. 474-480 eandem rem describentis:

"Ut tamen hostiles densa testudine muros
"Tecta subit virtus armisque innexa priores
"Arma ferunt galeamque extensus protegit umbo,
"Quae prius ex longo nocuerunt missa recessu
"Jam post terga cadunt; nec Grajis flectere jactum
"Aut facilis labor est longinqua ad tela parati
"Tormenti mutare modum."

Cap. 29. Legimus: "*Civile bellum; genus hominum quod liceret libere facere et sequi quod vellet: legiones eae, quae paullo ante apud adversarios fuerant; nam etiam Caesaris beneficium mutaverat consuetudo, qua offerrentur municipia etiam diversis partibus conjuncta; neque enim ex Marsis Pelignisque veniebant, ut qui superiore nocte in contuberniis; commilitonesque nonnulli graviores sermones militum vulgo durius accipiebant: nonnulli etiam ab iis, qui diligentiores videri volebant, fingebantur.*"

---

1) Caesar B. G. "*Omnia ex victoria sperarent.*" B. C. 3. 50. "*Et ex praeteritis suis officiis reliqua sperarent.*" Cicero ad Att. 1. 13. "*A quo nihil speres boni.*"

2) Cf. B. C. 3. 36. "*Adesse Scipionem cum legionibus magna et opinione et fama omnium.*"

B. C. 1. 12. "*Summa omnium voluntate Inguvium recepit.*"

B. C. 3. 37. "*Qui magna exspectatione venisset.*"

Locus obscurus et turpiter corruptus atque ex conjectura restituendus, quod nihil codices juvant. Quae offendere debeant, unusquisque videt. Primum abrupta dicendi ratio. At hoc minimum laboris. Loci sunt in Caesaris libris similes v. c. B. C. 2. 36, initio "*Erat in oppido multitudo insolens belli dinturnitate otii; Uticenses pro quibusdam Caesaris in se beneficiis illi amicissimi: conventus is, qui ex variis generibus constaret: ex superioribus proeliis magnus*" 1).

Porro qui loci sensus sit, in dubio est. Non ambigo: initium capitis viam monstrat: nempe, omnes fuisse timidos variis de causis; nam unusquisque opiniones fingebat. Enumerantur igitur res, de quibus milites inter se disserebant, quarum pars vera, aliae in majus auctae, aliae fictae Curionem adduxerunt, ut consilium convocaret. Videamus de singulis.

Civile bellum. Caesar non addit "*hae causae fuere*" vel simile quid; verum haec ex antecedentibus supplenda. Sic B. G. 1. 11. "*Aedui legatos mittunt rogatum auxilium: Ita se omni tempore de populo Romano meritos esse* reliq." Cf. Liv. 27. 44. "*Castra prope Hannibalem*" reliq. Caes. B. G. 1. 30. "*Intellegere sese*" reliq.

Genus hominum, *quod* (lege *cui*) *liceret libere facere et sequi*, *quod vellet* vid. Oudend. ad h. l. Haec satis perspicua: conjunctivo usus est Caesar, ut rem ita se habere ex opinione metuentium demonstraret: proxime sequens *fuerant* rem ratam indicat. Sensus est: Miles pro patria pugnans ducem sequitur, cui jussu Patrum et populi comitiis imperium est datum: justo tenetur sacramento, legitima sunt omnia eademque religiosa. At longe alia res est, si Caesarem sequitur, hostem patriae declaratum, sua auctoritate et contra patriam armis sumptis dimicantem; praeda, pecunia aliisque emolumentis aut metu, amore, gloria continetur in officio: sacramentum minus sanctum, patres, fra-

1) Cf. B. G. 2. 20. "*Caesari omnia*" reliq. 3. 10. "*Sed multa incitabant*" reliq. 3. 18. "*Multae res hortabantur*" reliq. B. C. 1. 34. „*Quibus mandatis acceptis — clauserunt*" reliq. 1. 36. *Ejus imperio — reservant*" reliq.

tres apud hostes reliq.: verendum erat idcirco, ne ad hostes transirent [1]).

"*Legiones eae, quae paullo ante apud adversarios fuerunt.*" Vid. B. C. 2. 28, 1. 23.

"*Nam etiam Caesaris beneficium mutaverat consuetudo, qua offerrentur* (lege: *conferretur in*) *municipia etiam diversis partibus conjuncta.*" Quam facile *of* et *con* in manuscriptis permutari potuerint scripturae compendio adhibito, satis notum. De conjunctivo *conferretur* cf. Caes. B. G. 4. 34. "*Secutae sunt tempestutes, quae et nostros in castris tenerent et hostes prohiberent.*" Cicero de Off. 3. 10. "*Incidunt saepe causae, quae conturbent.*" Cic. Brut. 92. "*Duo excellebant oratores, qui me incitarent.*" Cf. Weissenborn § 390.

Sensus est: Consuetudo Caesaris — qua idem beneficium conferebat in milites, qui Corfinii sua sponte ad eum transierant et in eos, qui in reliquis municipiis diversas [2]) i. e. *contrarias* Pompeji partes sequentes armis erant capti — effecit, ut id, quod initio beneficium erat visum, beneficium esse desineret, simul ac non amplius esset privilegium. Argumento est B. C. 2. 32. ubi Curio milites allocutus, commemorat:

"*Quo sit eorum usus studio ad Corfinium Caesar: ut magnam partem Italiae beneficio atque auctoritate eorum, suam fecerit. Vos enim vestrumque factum, omnia deinceps municipia sunt secuta.*"

Caesar igitur hac orationis parte causam memorare voluit, cur ii, qui sponte ad se transiissent, defectionem spectare existimarentur. Reliquam capitis partem sic mutandam censeo:

---

1) Ita B. C. 2. 31 ipse Curio: "*At etiam, ut media nocte proficiscamur, addunt: quo majorem, credo, licentiam habeant, qui peccare conentur,* reliq. Cf. B. C. 1. 67. "*Nocturna proelia esse vitanda, quod perterritus miles in civili dissensione timori magis, quum religioni consulere consueverit.*"

2) Vid. locos ab Oudendorp allatos ad h. l. cf. Herzog. et Caesar B. C. lib. 3. cap. 41. "*Quod diverso ab ea regione itinere profectum videbat.*"

Caes. B. C. 3. 30. "*Diversa sibi ambo consilio capiunt: Caesar, ut quamprimum se cum Antonio conjungeret; Pompejus, ut venientibus in itinere se opponeret.* reliq."

B. C. 1. 58. "*Diversi pugnabant.*" Cf. Facciolatus in voce.

"*Namque ex Marsis Pelignisque veniebant ii, qui superiore nocte perfugerant, centurionesque nonnulli graviores sermones militum in contuberniis durius accipiebant*" reliq.

Namque ex Marsis — perfugerant. In uno codice Norvicensi legitur "*Enim ex Marsis,*" in aliis "*Namque enim,*" quorum priore vocabulo in *neque* corrupto additum est *enim* ab aliquo, qui conjunctionem causalem requiri videbat. Igitur *namque* maxime se commendare putavi: de re vid. cap. 27 hujus libri. *Perfugerant* supplevi ex eodem capite, quod sensus postulare videbatur. Caeterum haec verba ostendunt, non vana timeri, quod perfugiendi exemplnm dederant illi centuriones cum manipularibus suis, qui ejusdem gentis erant ac reliqui milites.

"*Centurionesque-accipiebant.*" Durius fortasse equidem accipio, sed male dicta arbitror "*commilitonesque — militum sermones accipiebant;*" ferrem si legeretur "*milites — commilitonum sermones*" reliq. verum, ut nunc res se habet, voci *militum* praecedere debere opinor aliam, quae indicet quosdam iniquos militum censores. Eos autem commilitones fuisse non crediderim, quippe qui omnes eodem in Caesarem animo erant [1]), sed centuriones ex iis legionibus, quas secundum c. 28, "*superioribus temporibus Corfinio receperat Caesar; adeo, ut paucis mutatis centurionibus iidem ordines manipulique constarent.*" Itaque scripsi "*centurionesque nonnulli*", innuens eos, qui remotis successerant, quos facile milites suos suspectos habuisse credebam maximeque propensos ad ea durius accipienda, quae in contuberniis a militibus de Caesare, eorum judicio, injusto, dicebantur.

"*Sermones militum in contuberniis*" dictio est a Caesaris consuetudine non aliena. Sic v. c. B. C. 1. 1. "*Turbulentissimi superioribus temporibus tribuni*" et l. 2. c. 37. "*Caesaris in Hispania res secundae*": verba "*in contuberniis*" huc commode transferri posse videbantur, quod ita sensus postulabat atque in hoc commentario vel totius sententiae trans-

1) Vid. cap. 27. lib. 2. "*Hi, (sc. perfugae centuriones Marsi,) confirmant quidem certe totius exercitus animos alienos a Curione.*" Cf. cap. 31. et initium 33. lib. 2.

positio locum habuisse sciebam, ut videre licet in observatione nostra ad lib. 3. cap. 25. Satis nota describentium negligentia, qui vel quaedam vocabula e margine in textum transferrent, ut cap. 12 initio, vel aperte omitterent, quae desiderari non poterant, ut lib. 3. c. 22 medio et lib. 3. c. 50, quo loco plura etiam abesse merito censet cl. Oudendorpius ad h. l.

Ii pro *ut*, dedi ex Heinsii conjectura. Posterior autem illa periodi pars a *centuriones* ad *accipiebant* demonstrat, nimium fuisse eorum metum, qui milites ad hostes transfugituros opinarentur, quum timore occaecati loquentium verba in malam partem exciperent. Erant quoque, qui ex militum invidia sibi laudem ab imperatore quaererent.

Sic omnes orationis partes quadrare mihi videntur ad initium capitis, quo timor omnibus incessisse narrabatur ex variis hominum opinionibus sermonibusque, quae a paucis profecta plures auctores habere videbantur, quod unusquisque sui aliquid timoris addebat.

Itaque totus locus ex mea sententia sic se habuit:

"*Civile bellum: genus hominum, cui liceret libere facere et sequi, quod vellet: legiones eae, quae paullo ante apud adversarios fuerant; nam etiam Caesaris beneficium mutaverat consuetudo, qua conferretur in municipia etiam diversis partibus conjuncta; namque ex Marsis Pelignisque veniebant ii, qui superiore nocte perfugerant; centurionesque nonnulli graviores sermones militum in contuberniis vulgo durius accipiebant: nonnulla etiam ab iis, qui diligentiores videri volebant, fingebantur.*"

Liber 3.

Cap. 8. "N*eque ullum laborem aut munus despiciens, neque subsidium exspectans, si in Caesaris complexum venire posset.*"

"*Locus*, inquit cl. Vossius, *et aliis et mihi corruptus adeoque desperatus.*"

Tentaverunt tamen viri docti, quid remediis possent effi-

cere. Inter quos nuper Herzogius v. cl. *complexum* defendere conatur, allatis duobus locis, quos lector aequus expendat; sententiam vero mihi persuadere non potuit. Nam apud Nepotem Epam. c. 2. extr. *complecti* denotat *bracchiis circumdatis tenere* et apud Tacitum Agr. 36. "*complexus armorum non tolerabant*" nihil est aliud, nisi ad *pugnam cominus ineundam* apti non erant, ut habet jam Peerlk. v. cl. ad h. l.

Itaque in "*Caesaris complexum venire*", si est Latinum, significat tam prope ad Caesarem accedere, ut is hostem complecti posset. At quomodo quis excubando Caesari appropinquare possit, non capio. Neque id Bibulus agebat. Nam sic legimus l. 8. "*Hoc confecto negotio a Salonis ad Oricum portus* [1]), *stationes litoraque omnia longe lateque classibus occupavit; custodiisque diligenter dispositis ipse gravissima hieme in navibus excubabat.*" Cur.? Respondeo verbis Caesaris proxime sequentibus atque ex mea sententia emendatis:

"*Neque ullum laborem aut munus despiciens subsidiumque exspectans Caesaris, si in conspectum veniret. Sed post* reliq." [2])

Nihil fere mutavi, pristinam revocavi lectionem, quae erat: "*in Caesaris conspectum veniret. Sed post*," transposui vocabulum *Caesaris*. vid. Oudendorp ad h. l. De divisione *neque-que* cf. B. C. 3. 51 et 74. *Neque-et* vid. B. C. 3. 28.

Nipperdeïus pag. 160 ed. suae: "*Scribendum est*," inquit: "*ne quod subsidium exspectanti Caesari in conspectum veniret.*" At hujus auctoritate non moveor, ut a sententia discedam; nam primum hoc non agebat Caesar, ut copiae in conspectum venirent, sed ut in terram expositas cum exercitu suo conjungeret; neque hanc ob causam tantas molestias ferre Bibulus decreverat, ne Caesar copias procul in mari navigantes videret. Igitur neque a sensu probanda est conjectura, nec satis servat codicum scripturam. Tamen nec me verum vidisse affirmo. Nam illud *neque*, quod ante *sub-*

1) Ita scripsi ex Nipperdeii emendatione: vulgo legitur "*ad Orici portum.*"

2) Eadem constructiöne usus est Caesar B. C. 1. 83. extr. "*Illi vadum Sicoris tentare, si transire possent.*"

sidium a me ejectum est, quomodo in textum venerit, ad liquidum perducere nequeo. Credo culpa describentium, qui, dum sonum praecedentis *neque* auribus servarent, dormitantes idem vocabulum adscriberent.

Cap. 10. "*Haec quo facilius Pompejo probari possent, omnes suas terrestres urbiumque copias dimissurum.*"

Hic Nipperdeïus pro "*urbiumque copias*" ponit "*naviumque copias*," quum "*urbium*" et "*terrestres*" sibi invicem non satis opposita putaret. Verum quis affirmat, Caesarem haec sibi opposita cogitasse? deinde num Latine recte dicatur, dubito. Si legeretur *navales copias*, concederem, si codices addicerent; nunc vero, donec melius edoctus ero, retineo vulgatam. Innuit Caesar praesidia urbium in finibus Apolloniatium, praesertim maritimarum. At navales copiae non tanti erant, ut eos commemoraret.

Cap. 19. "*Responsum est ab altera parte, A. Varronem profiteri, se — venturum, atque una etiam, utrimque admodum tuto legati venire et quae vellent exponere possent; certumque eï reï tempus constituitur.*"

Locus est et antea et nostra aetate a multis tentatus, ut videre licet apud Oudendorpium et Herzogium vv. cl. ad h. l. Offendit *ubi* pro *quo* positum, quod ex Petaviano margine in textum translatum est. "*Etiam*" est in plerisque codicibus; in tribus vero legitur "*vis.*" Porro vox "*admodum*" plane est supervacanea idque jam pridem viri docti viderunt et nuper etiam Eberling aliique. Medico igitur huic loco quam maxime opus est. In hoc vero plerique consentiunt, Caesarem h. l. indicare voluisse: constitutum esse, Varronem ad colloquium venturum et simul actum esse de loco, in quem legati convenirent; sequitur enim "*quo quum esset ventum*" et "*certumque eï reï tempus constituitur*" quod de loco jam convenisset. Itaque vulgata proxime a vero abesse videtur; sed *ubi* retineri non posse censeo. Etsi enim apud Caesarem uno loco B. C. 2. 9. legimus, "*Ne quid emineret, ubi ignis adhaerescere posset*" in quo verbum movendi notionem habere videatur, vel sic tamen nimis dubiae auctoritatis ille locus est, praesertim quum nusquam alibi haec loquendi formula apud Caesarem inveniatur.

Itaque sic emendo:

"*Responsum est, Varronem profiteri, se altero die ad colloquium venturum atque una*[1]) *etiam utrimque ad locum tutum legati venirent, ut, quae vellent, exponere possent; certumque* reliq."

De constructione "*venturum — venirent*," quorum verborum utrumque pendet ab antecedenti "*responsum est*" vix monendum puto. Dictio est solennis apud historicos, ut post verba, voluntatem, desiderium vel simile quid significantia, in altero orationis membro accusativus cum infinitivo, in altero ut cum conjunctivo vel conjunctivus sine conjunctione ponatur. Ita v. c. Caesar B. G. 2. 10. "*Constituerunt, optimum esse domum suam quemque reverti et — undique convenirent*" et B. C. 3. 83. "*Placere sibi, bello confecto, ternas tabellas dari — sententiasque de singulis ferrent.*" Cf. Weissenborn gr. Lat. § 425 Not. 3 extr. *Ut* et *et* saepius permutantur, uti et *venire* et *venirent;* "*ad locum tutum*," quin facile in "*admodum tuto*" corrumpi potuerit, dubium videri non potest eï, qui hujus commentarii varias lectiones perspexerit.

Fuere, qui in alia omnia irent; v. c. Oudendorpius, qui vulneri mederi voluit scribendo "*Atque una locus, ubi — certumque eï reï tempus constituitur.*"

Hoc modo verba inde ab "*ubi — possent*" pendent ex verbo "*constituitur;*" quod a Caesaris scribendi consuetudine alienum est. Saepius ejusmodi breves sententiae finem orationi imponunt. Vid. B. G. 1. 14, 1. 15, 1. 29, 4. 29.

"*Eadem nocte accidit — consuevit, nostrisque id erat incognitum.*"

Cf. B. C. 3. 44. *Ut-copias, quam maxime posset, distineret; idque accidit.* Herzogius, particula *atque* in *utque* mutata, ante *vis* supplevit *qui:* vox *admodum* in *quemadmodum* transformata eï explicatio esse videtur conjunctionis *ut*

---

1) *Una* eodem modo usurpatum invenies B. C. 2. 34. "*Et una levis armaturae interjecti complures — cernebantur.*"
"*Relicti ab his, qui una procurrerant.*"
B. C. 3. 4. "*Horum alter una venerat.*"

e margine in textum translata, *utrumque* transiit in *utrorumque;* unde haec emendatio orta est: "*Utque una quivis utrorumque tuto venire reliq.*" Verum haec et nimis a codicum scriptura recedunt et eodem, quo ceterae conjecturae, vitio laborant, scilicet quod nulla ratio est habita relativi *quo*, a quo proxime sequens sententia incipit. Illud enim ad locum prius nominatum spectare, jam supra demonstravimus.

Eberlingii conjectura haec est:

"*Varronem profiteri, se — venturum atque una visurum quemadmodum tuto legati venire et* reliq."

Nipperdeïus reliqua probans, particulam "*una*" male h. l. pro *simul* usurpatam, idque merito, censet atque ex verbis "*atque una*" finxit *atque eundem.*

Vellem acutissimam conjecturam quaeque a Palaeographia quam maxime commendatur, possem probare. Verum, ut supra jam monui, verba non apte cohaerent cum sequentibus, quia in illa orationis parte de loco, quo convenirent, actum esse constat; et vocem *visurum* admitti non posse puto, quoniam ex sequentibus perspicuum est, non dubium, sed certum de colloquio promissum a Varrone datum esse, nulla conditione addita; sequitur enim "*certumque eï reï tempus constituitur.*" Nostra autem conjectura non multum a vulgato diversa est et sensui melius inservit, quam dijudicent viri docti.

Cap. 19. "*Qua ex frequentia Labienus prodit, submissa oratione loqui de pace atque altercari cum Vatinio incipit.*"

In hoc loco vel explicando vel restituendo multi sudarunt, neque ego expedire possum, quid sit "*submissa oratione loqui,*" quia sequitur *altercari coepit*, quod minime est submisse loquentis.

Quid vero, si legamus "*prodit, sed missa* [1]) *oratione de pace, loqui atque altercari cum Vatinio incipit?* Confirmatur conjectura Petrarchae verbis: "*Cum Vatinio colloqui coepit atque contendere, ut qui ingenti odio Caesarem odisset.*" *Sub* in *sed* facile depravari potuit, quo asyndeton etiam tollitur, cujus nullus hic usus. Transpositionem autem verbi *loqui*

---

1) Cf. Cic. p. Murena. 15 "*Mittere proelia* Liv. 34. 39 "*Mittere ambages.*"

necessario inde sequi debuisse, unusquisque videt: desiderabatur a legentibus verbum, ad quod ablativus ille pertineret: Oudendorpius habet: "*sed omissa oratione de pace, altercari*" reliq. in quibus *o* in *omissa* nimium est et vox *loqui* sine causa exstirpatur.

Cap. 25. "*Duriusque quotidie tempus ad transportandum lenioribus ventis non spectabat.*"

Ita emendavit Nipperdeïus, quod 1°. Tota haec sententia ita conformata sit, ut necessario ad praefectos classis Pompejanae referri debeat; verba autem "*ad tranportandum lenioribus ventis*" non nisi de Caesarianis a Brundusio transmittere cupientibus dici possint.

2°. Quod aliorum explicationibus acquiescere non possit, Oudendorpii vero interpretationem non satis probatam existimet. Oudendorpium autem dixisse, sibi videri in verbis memoratis hunc inesse sensum: Caesarianos, dum leniores ventos exspectarent, durius quotidie accepisse tempus. Videamus de singulis.

Caesar narrat, se copias Brundusii relictas diu jam exspectasse et quasdam transmittendi occasiones neglexisse legatos sibi videri. Addit rationes nonnullas ex rerum conditione petitas, quae eum permoverant, ut legatis scriberet, ne cunctarentur venire. Nam:

1°. Praefectos classis hostilis eo magis vigilare, quo magis hiems appropinquaret et majorem spem prohibendi concipere, quod transitus in dies fieret difficilior.

2°. Pompejum saepius admonere, ut acriter custodias agerent.

3°. Illos, sc. Pompeji legatos, imminente hieme durius semper habituros tempus, dum lenioribus ventis melius ad transportandum exspectarent.

Nexus orationis, ut tertiam illam rem a Caesare memoratam ad Pompeji praefectos referamus, necessario postulat; sensus autem verborum est ejusmodi, ut ea de hostibus dici non potuerint, quippe qui copias transportandas non haberent.

Ergo suo loco haec periodi pars non stare videtur atque alio esse transportanda. Sed hac de re infra dicemus, prius de sensu verborum videamus; nam conjectura, ut hic usu

veniat, vereor, codicibus ad unum omnibus consentientibus.

Quid igitur significat "*Durius quotidie tempus*" reliq.? Scilicet tempus ad transportandum praestolabantur; id vero in dies [1]) durius fiebat, ita ut pridie semper leniores venti flavissent, quam postridie. *Lenioribus ventis* est ablativus modi, qui conditionem sive statum significat, in quo erant ii, qui exspectabant. Ita Cicero Brut. 44. "*Nulla est altercatio clamoribus unquam habita majoribus:*" plura exempla habet Weissenborn § 273. De significatione, quam verbo exspectare tribuimus vid. Caes. B. C. 3. 78. "*Legiones exspectaret.*" B. C. 2. 12. "*ut adventus Caesaris exspectetur.*" Cf. B. G. 2. 20. "*Caesaris imperium exspectabant.*" Tacitus Agr. 18. "*Hostes, qui classem exspectabant*" et Herzog. ad loc. nostrum.

Ergo in hoc Oudendorpii interpretatio a mea diversa est, quod ille verba *lenioribus ventis* cum praecedentibus conjunxit; unde ipse in nota ad h. l. "*Quasi diceret Caesar: Dum exspectabant leniores ventos ad transportandum exspectando accipiebant quotidie durius tempus.*" Nostra vero ita comparata est, ut ablativus ad *exspectant* pertineat et si circumscribere velis, dicere oporteat:

"*Dum lenioribus ventis tempus ad transportandum exspectant, id quotidie fit durius.*"

Jam locus, ubi verba, de quibus agitur, inserere oporteat, est post verba *committendum existimabat.* A *quantoque* enim Caesar de Pompejanis loqui incipit atque ea quae antecedunt optime cum nostro loco conjungi possunt, quod hic antecedentia explicat sententiamque absolvit. Verba similiter suo loco mota indicavit Nipperdeïus ad cap. 38. lib. 1. B. C. "*Audierat Pompejum — esse venturum,*" quae a loco, ubi nunc leguntur, transferri debent ad finem primae ejus capitis paragraphi. Quodsi quis hunc agendi modum nimis temerarium existimet, is negligentius scripsisse Caesarem statuat necesse est: id quod optimis scriptoribus subinde accidit et Caesari quoque accidisse videtur cap. 48. lib. 1. B. C. inde a verbis *tum autem.* cf. Nipp. p. 138 et Herzog. ad l.l.

---

1) Vid. Cicero ad Att. 6. Ep. 14. ad Quint Fr. 3. Ep. 1. Philipp. 1. ad Famil. 6. Ep. 6.

Tandem emendatio Nipperdeïi in censum veniat. Si bene ejus sententiam capio, hic est loci emendati sensus: tempus in dies durius sperare vetabat fore, ut lenioribus ventis copias traducerent. Verum id verba, ut nunc sunt, non significant. Nam *spectare* si construitur cum accusativo et praepositione *ad* indicat: rem quandam in ea esse conditione vel ejusmodi indole vel ita se habere, ut verisimiliter inde alia quaedam eventura sit.

Ita "*res spectat ad vim*" Liv. 1. 9., "*consilia spectant ad concordiam*" Cic. ad Div. 5. 8. "*Sermo tuus ad perorandum spectare videtur*" Cic. de clar. Orat. § 291. i. e. *Res ita comparata esse videtur, ut ansam praebitura sit factis violentis. Consilia sunt ejus generis, ut homines litigantes conciliatura esse videantur. Sermo tuus ita sese habet, ut ad finem properare videatur.*

Itaque nostrum locum interpretantes ita dicamus necesse est: "*Tempus, quod fit quotidie durius non ejusmodi est, ut transportaturum esse videatur vel causa fiat transportandi lenioribus ventis.* At ejusmodi sententiam equidem Caesare indignam judico. Ergo retinenda esse vulgata videtur, quae meliorem certe sese habet, quam Nipperdeïi conjectura.

Cap. 25. "*Ne occasionem navigandi dimitterent, sive ad litora Apolloniatium cursum dirigere atque eo naves ejicere possent.*" Ita plurimi codices habent. Fuere et sunt hodie etiam, qui legant "*si vel,*" quod merito improbavit Oudendorpius ad h. l. Etenim nihil magis Caesar voto expetere potuisset idque nullo modo tamquam res extremae necessitatis erat proponendum. Neque vero *sive* commodum sensum efficit. Quare, quamquam paullo audacius factum sentio, syllabam *ve* ejicio, ut sit "*Dimitterent — si possent*" eodum sensu, quo Caesar voculam illam *si* usurpavit v. c. B. C. 3. 30 "*consilia capiunt; — Pompejus, ut se opponeret et si imprudentes ex insidiis adoriri posset*" B. G. 6. 29 *L. Minutium Basilium cum omni equitatu praemittit, si quid celeritate itineris atque opportunitate temporis proficere possit.*" Cf. 3. 56 et 3. 75, B. G. 7. 20. Belgice: "*Dat ze de gelegenheid om uit te zeilen niet zouden laten voorbijgaan (beproevende) of ze naar de kusten van Apollonia konden koers zetten* reliq."

In mentem etiam venit "*Si vela — dirigere — possent*," quae dicendi formula invenitur apud Caesarem B. C. 2. 25. eodem sensu, quo "*cursum dirigere.*" Tum *cursum* insertum erit ab aliquo, qui in codice suo invenerat tantum *dirigere*, quod *vela* in *vel* erat corruptum. Eaque loci emendatio eo magis mihi placet, quo facilius, qui *cursum* intrusum sit, explicari potest, quam unde illud *ve* in textum irrepserit. Quodsi probaveris, mecum legas:

"*Si vela ad litora Apolloniatium dirigere atque eo naves ejicere possent.*"

Conjunctio *si* etiam tum eadem notione accipiatur velim, ac supra eï a nobis tributa est, quoque apud Caesarem invenitur post verba, quae *tentandi*, *exspectandi*, *conandi*, *educendi*, *consilium capiendi* vel similem significationem habent. Cf. Gesner in voce et Oudendorp ad B. G. 1. 8. Not. 6.

Fuit etiam, qui pro *atque* legi posse putaret *aliove* idque a Palaeographia magnopere commendatur atque adverbium *eo* propter corruptum *atque* inferri potuit. Verum "*sive dirigerent — aliove ejicere possent*" non est dictio solutae orationis propria. Equidem ex duobus prioribus emendationibus posteriorem eligendam puto.

Cap. 36. Haec leguntur: "*Hic nullo in loco Macedoniae moratus, magno impetu tetendit ad Domitium et cum ab eo millia passuum XX afuisset, subito se ad Cassium Longinum in Thessaliam convertit. Hoc adeo celeriter fecit, ut simul adesse et venire nuntiaretur.*"

In his Nipperdeïus extrema superioribus non respondere autumat; etenim non adventus solum, sed vel maxime discessus celeritatem fuisse declarandam: quare emendat "*abiisse et venire.*"

Equidem in codicum consensu nihil temere mutandum censeo. Nipperdeïus extrema illa verba sic interpretatur, quasi celeritas Metelli in eo cernatur, ut is simul abiisse et venire Domitio nuntiaretur. Sed proxime antecedentia de repentino adventu in Thessaliam mentionem faciunt. Itaque rem sic accipio, ut Cassius, non Domitius, eodem tempore eum venire et *adesse* audierit. Non enim tanta Metello opus erat celeritate, ut ad Domitii castra accederet et rursus in aliam

partem proficisceretur. Multo magis inde patuit illa Metelli in itinere faciendo alacritas, quod in Thessaliam advenerat, antequam Cassius ejus reï certior esset factus. Adeo magnus fuit Metelli impetus, ut nuntium adventus sui praeverteret et simul *venire atque adesse nuntiaretur.* Nexus quoque sententiarum, ut mihi quidem videtur, lectores evincere debet, Scipionem id maxime egisse, ut Domitium petere videretur, quo certius Cassio superveniret. Quo enim alio festinatio illa spectabat, nisi ut celeriter suis majoribus copiis parvam Cassii manum opprimeret, quo facilius postea Domitii legiones vincere et Macedonia expellere posset.

Cap. 37. 2. E codicibus Paris. sec. et Leidens. pr. Nipperdeïus scripsit: "*Sed cum esset inter bina castra campus circiter millium passuum VI, Domitius castris Scipionis aciem suam subjecit, ille a vallo non discedere perseveravit. Ac tamen aegre retentis Domitianis militibus est factum, ne praelio contenderetur.*"

"Nam, subjungit v. cl., *attamen*, quod in codicibus legitur, contrariam sententiam inferret; quasi cum Scipio in loco munitissimo constitisset, Domitius iniquo, id expectari debuisset, ut Domitiani proelium committerent."

Itaque, ut res ad liquidum perducatur, quaeri oportet, quid intersit inter *attamen* et *ac tamen.* Prius Belgice audit "*maar toch*," posterius "*en toch*, *en evenwel.*" Utrique enunciato commune est *tamen*, quod indicat, contra opinionem exspectationemque hostium non esse pugnatum. Haec autem sententia si *jungatur* superiori, addenda est conjunctio *ac*, sin *opponatur*, particula adversativa est adhibenda. Superiorem igitur sententiam expendi necesse est.

Jam quid narrat Caesar? Domitium scilicet copias suas duxisse ad castra Scipionis, ut pugnandi copiam faceret; Scipionem vero manus conserere noluisse. Milites autem Domitii pugnandi cupidine flagrantes proelii committendi signum exspectasse. Omnia ad proelium spectare videbantur. Quid vero? Non est pugnatum.

Ergo plane contrarium ejus, quod exspectabatur obtinuit et particula adversativa carere non possumus. Retineo igitur codicum scripturam et h. l. et Cap. 87. 5, ubi Labienus

celebratam veterani exercitus Caesariani praestantiam elevare studet dicendo, non esse eundem exercitum ac qui Gallos tam saepe vicisset. Multos periisse ex vulneribus, morbis, fatigatione et refectum quidem exercitum delectibus in citeriore Gallia, ita ut plenae cohortes essent et idem numerus legionum constaret; fuisse etiam multos veteranos in castris Caesaris, quum in Graeciam transmitteret, attamen robur illud exercitus periisse duobus proeliis ad Dyrrhachium factis. Verbo duae res plane contrariae h. l. sibi opponuntur, nempe superfuisse prius veteranos, nunc vero non amplius exstare. Unde utra ex particulis eligenda sit, satis perspicuum arbitror.

Cap. 38. 4. Recte Nipperdeïus haec verba vitio laborare dicit:

"*Scipio ad sequendum paratus equitatum magnamque partem levis armaturae ad explorandum iter Domitii et cognoscendum praemisit. Qui quum essent progressi primaeque turmae insidias intravissent, ex fremitu equorum illata suspicione ad suos se recipere coeperunt, quique hos sequebantur celerem eorum receptum conspicati restiterunt. Nostri cognitis insidiis, ne frustra reliquos exspectarent, duas nacti hostium turmas exceperunt.*"

In his "*levis armaturae*" et copula "*que*" post "*magnum*" posita damnantur, quod in nullis codicibus apparent, "*equitatum*" ex "*equitum*", ut saepe, corruptum censetur; vox "*hostium*" in locum, quo nunc legitur, translata est ex posteriore sententia, in qua collocata erat inter *cognitis* atque *insidiis*. Sed jam ante Nipperdeïum haec omnia a Vossio intellecta et vulgata sunt. Praeterea, quae nostrum locum excipiunt, uncis inclusit Nipperdeïus; quod minus recte factum arbitror, propterea quod ita nulla vox relinquitur, ad quam sequens "*reliquos*" pertineat. Verba igitur ita sunt interpungenda:

"*Duas nacti hostium turmas exceperunt: in his fuit M. Opimius, praefectus equitum, Reliquos omnes earum turmarum aut interfecerunt*" reliq. Hoc modo solus Opimius a reliquis equitibus distinguitur, ut praeter eum omnes mortis aut captivitatis sortem subierint. Nam quod, alios secutus, voluit Herzogius, ut per "*reliquos earum turmarum*" ii significentur, qui patefactis insidiis restiterint, id pr[illegible]prae-

monita fieri non posse puto, nec satis probari verbis e capite 34 h. l. a v. cl. citatis. Nam *ne frustra reliquos* i. e. *turmas consistentes exspectarent* Caesariani, duas, quae insidias intraverant, aggressi erant atque exceperant. Quis vero credat, reliquas turmas loco mansisse nec fuga quaesisse salutem? Porro "*earum turmarum*" ad proxime antecedentia respiciunt, quod etiam loco a v. cl. laudato obtinet. Ita enim legimus: "*Et, quum ad eum ex Thessalia Aetoliaque legati venissent, qui praesidio misso pollicerentur, earum gentium civitates imperata facturas*" reliq. Si Caesar omnes equites significare voluisset, pronomine *ille* erat utendum; praecedit enim "*in his*," quo duae illae turmae, quae exceptae erant, indicantur.

Optime cl. Weissenborn notionem pronominis *is* intellexisse mihi videtur, quum dicit. Gram. Lat. § 221. Not. 7: "Der Unterschied dieser Pron. (*hic* und *ille* von *is*) beruht darauf, dasz Jene immer bestimmt auf den Gegenstand hinzeigen und Nähe und Ferne in Beziehung auf den Redenden unterscheiden, *is* nur einen schon erwähnten oder nach zu bestimmenden Begriff für die Vorstellung angiebt." Cf. Madvig. Gram. Lat. § 479, 480.

Cap. 44. "*Atque ut nostri perpetuas munitiones videbant, perductas ex castellis in proxima castella, ne quo loco erumperent Pompejani atque nostros post tergum adorirentur timebant; ita illi*" reliq.

In his "*timebant*" omnes uno fere consensu ejiciunt. Post "*nostri*" Vascosanus et Stephanus contra codicum fidem inseruerunt *qui*, Gruterus totam periodum delendam censuit; Faernus pro "*videbant*" conjecit *jungebant*, Ciacconius *perducebant*, Oudendorpius *agebant*, *tuebantur*. Sequuntur recentiores. Heldius conjunxit "*qui habebant perductas*" et retinet *timebaut*, quae verba, ex ejus sententia rem nondum perfectam significant: Morus conjecit; "*Nostri perpetuas munitiones habebant, quia ne quo loco — timebant.*" Herzog. "*Atque ut nostri perpetuas munitiones vitabant — ne quo loco*" reliq. ita ut *timebant* sit glossa ad explicandum *vitabant* adjecta. Nipperdeïus "*Atque ut a nostris perpetuas munitiones perduci videbant*" reliq.

Omnes igitur, ut patet, vel de suo intulerunt vel verbum

"*videbant*" mutarunt vel verbo illato insolitam significationem tribuerunt; quare eorum conjecturis acquiescere nequeo, quippe quae vel a codd. scriptura nimis diversae sunt vel indicant hujus loci sententiam non satis fuisse perspectam. Nam quod a quibusdam "*habebant*" et "*perductas*" ideo improbata sunt, quod munitiones non essent perfectae, id eos non satis perspexisse sententiarum decursum ostendit. Res autem sic se habuit: Caesar, quum Pompejum Dyrrhacchio interclusisset atque ejus circumvallandi cepisset consilium, captis munitisque collibus, qui hostium castra circumdabant, ex castello in castellum perducta munitione, magis magisque, quid ageret, ostendere coepit. Pompejus vero, qui proelio decertare nolebat adeoque Caesaris munitiones impedire non poterat, initio quam plurimis collibus occupatis praesidiisque positis castella ibi communivit, ut Caesarianos repelleret, si castris suis appropinquare eaque breviore circuitu includere vellent: simul id agens, ut Caesarem cogeret militum praesidia plurimis locis collocare, ne ab hostibus circumveniretur. Deinde vero, quum Caesaris milites munitiones a castello in castellum perducentes videret idque perniciosum sibi suisque fore intelligeret, hostes imitatus ipse quoque ejusdem generis opera facere instituit; quoniam autem majore militum numero utebatur et munitiones minorem circuitum habebant, non difficulter eos perfecit, antequam Caesariani suas perduxissent.

Quibus reputatis locus ex Hottomanni codice sic legendus videtur:

"*Atque, ut nostri perpetuas munitiones habebant, perductas ex castellis in proxima castella, ne quo loco erumperent Pompejani et nostros post tergum adorirentur; ita illi interiore spatio perpetuas munitiones efficiebant, ne quo loco nostri intrare atque ipsos a tergo circumvenire possent. Sed illi operibus vincebant, quod et numero militum praestabant et interiore spatio minorem circuitum habebant.*"

"*Perductas*" h. l. non est attributum, sed praedicatum, ut ajunt Grammatici. Igitur habebant non "*munitiones perductas*," verum "*munitiones, quae erant perductae ex castello ad castellum, ne*" reliq. Quo non significatur perfectum

fuisse totum opus, sed structam esse partem tantum munitionis, quae ad hunc modum erat effecta, ut plures colles vallo turribusque conjungerentur; Caesarem enim in muniendo praevertit Pompejus.

Porro in vulgato legitur: "*Quae quum erant loca Caesari capienda — tamen suis locis — mittebat.*"

"*Quae*" non corruptum esse non potest, quod ex sequentis capitis initio patet, ubi, quae h. l. universe narrata sunt, exemplo allato illustrantur. Ergo de collibus nondum munitis sermo est, non de iis, qui a Pompejo jam capti et muniti erant. Vox enim *praesidium* quo Caesar usus est cap. seq. indicat collem, qui erat muniendus, ut praesidii loci esset. Sic paullo infra "*nona legio praesidium qnoddam occupavit et munire coepit.*" Unde relativum *quae* muto in *quare* hoc sensu: Pompejani opera sua perfecerant interiore spatio prius, quam Caesar sua ad finem perduxisset. Supererant igitur loca, quae ab hoc capi munirique debebant; quo circa Pompejus, quoties Caesar collem quendam occupatum munire inciperet, partem copiarum mittere solebat, quae hostes opere occupatos aggrederetur.

Cap. 48 initio "*Est etiam genus radicis inventum ab iis, qui fuerant valeribus, quod appellatur chara*" reliq.

Recte Nipperdeïus ad h. l. notat a Caesare indicari milites, qui secum Pompejum obsiderent: unde Vossii conjecturam, qui conjecit *cum Valerio*, merito improbat, uti et Herzogii figmentum, qui *Balearibus* ut legamus suadet: funditores scilicet is significari opinabatur.

Meliora dedit Nipperdeïus, conjiciens *in vallibus*, quae formula tamen et nimis indefinitae est significationis et non satis vocabulum reddere videtur, cujus reliquias nobis servarunt codices. Vox enim plurium syllabarum in *valeribus* latere mihi videtur.

In mentem mihi venit *cum pabulatoribus*. Proxime enim antecedentia de commeatibus agunt, qui ex Epiro afferebantur et universe de iis rebus, quibus vitam sustentabant milites: facile ex *valeribus* fit *natoribus*, *pabulatoribus*. Eos autem ad id ipsum egressos, ut commeatum exercitui supportarent, ejusmodi radicem invenisse, non absurdum est

Quamquam in tantis tenebris accurate, quid reï sit, discernere non licet.

Cap. 49 § 6 "*At Caesaris exercitus optima valetudine summaque aquae copia utebatur, tum commeatus omni genere praeter frumentum abundabat: quibus quotidie melius succedere tempus majoremque spem maturitate frumentorum proponi videbant.*"

Ita scriptum est in vulgato. Codices habent *subtrere*, *subterere*, *subterire*. Unde conjectura ortum *succedere*, quod improbatur a Nipperdeïo propterea quod eo verbo, si significet *feliciter evenire*, non nisi in re hominum labore efficienda uti soleant Latini: ut mihi videtur merito. Neque Vossii vel Oudendorpii conjecturae *subvenire* et *succurrere* eï satisfaciunt et quo relativum *quibus* referendum sit a vv. cl. non satis explicatum putat: credo, quod usum constructionis ad sententiam adeo pervulgatum existimarent, pluribus monere supervacaneum iis visum. Sed, quamvis a vv. cl. hac in re peccatum esse negem, vel sic tamen ne ego quidem inventis eorum assentiri possum: si *quibus* ad *exercitus* retuleris, duram et contortam orationem eris assecutus. "*Quibus*" mihi est ablativus spectans ad "*commeatus omni genere*" et in "*subterere*" latere opinor *suppetere*, ut legendum sit:

"*Tum commeatus omni genere praeter frumentum abundabat; quibus quotidie melius suppetere tempus majoremque spem maturitate frumentorum proponi videbant*" 1).

Ita tres diversae res narrantur scilicet: Aquae erat copia: commeatus abundantia meliorem quotidie afferebat vivendi conditionem: maturitas frumentorum spem melioris victus

---

1) Vid. B. C. 3. 98. § 2. "*Quod ubi sine recusatione fecerunt passisque palmis projecti ad terram flentes ab eo salutem petiverunt.*" Cf. Herzog ad B. G. 3. 23.

B. G. 1. 27. "*Qui cum eum convenissent — atque eos jussisset.*"

B. G. 4. 23. "*Cujus loci haec erat natura atque ita montibus angustis mare continebatur.*"

Hunc locum dedi ex Nipperdeïi recensione; quod optimos codices secutus est. Herzogius legit ex deterioribus: "*Cujus loci haec erat natura: adeo montibus angustis mare continebatur.*" Verum ita non scripsit Caesar:

praebebat. *Suppetere* h. l. idem est ac *esse* dempta notione affluentiae. Ita scriptor Belli Africani cap. 31. 3.

"*Quibus rebus nunquam tanta suppeteret — victoriae fiducia, ut castra sua adoriri auderent.*"

Cf. B. G. 1. 16. "*Sed ne pabuli quidem satis magna copia suppetebat*" et B. G. 7. 14. "*Harum ipsis rerum copiam suppetere, quod, quorum in finibus bellum geratur, eorum copiis subleventur.*"

"*Videbant*" de Caesarianis accipi velim; nam ita melius sibi constat oratio, quam si de Pompeji militibus dictum accipere cogamur; quod caeteris interpretibus accidit.

Cap. 67. "*Eo signo legionis illato speculatores Caesari renuntiarunt.*" De constructione vide Oudendorpium et Herzogium ad h. l. Uterque similes locos adscripsit e Caesaris commentariis, unde perspicuum esse opinor non opus esse, ut addamus *rem*, ut Nipperd. voluit. Deinde iis, quae idem paullo infra de corrupto copiarum numero disseruit, calculum adjicere nequeo.

Vir enim cl. duas in castris cohortes ad speciem munitionis esse relictas non verisimile esse putat et ratione inita demonstrasse sibi visus est, plures cohortes in castris Caesarem reliquisse. Iis enim, quas Apolloniae aliisque in urbibus regionibusque Graeciae in praesidio collocaverit, computatis effici, cohortium quinquaginta septem numerum in Caesaris castris fuisse. Sed ratio loci, de quo sermo est, ejusmodi interpretationem non patitur, quae ex rerum non satis perspecta conditione orta est. Credo, quod ex extremis capitis 65 verbis, effecerit v. cl., Caesarem, novis castris secundum mare munitis, omnes eo copias, quibus Pompejum circumvallaret, transtulisse. Qua in re falli eum existimo. Etenim non omnia praesidia ex castellis deduxerat, sed ab ea tantum parte munitionum perpetuarum, quae prope mare erant. Hoc enim loco propositum non tenuerat, nempe ut Pompejum intra ejus munitiones contineret et sive ad deditionem sive ad proelium fame perduceret. Argumento est, quod legimus cap. 67. "*Hoc idem visum ex superioribus quibusdam castellis,*" quae adeo praesidiis nondum erant nudatae et cap. 73 initium, ubi post rem male gestam demum "*omnis commutata belli ratio*

et omnibus praesidiis deductis oppugnatio dimissa esse" dicitur; capite 65 dictum est tantum, "*mutata ratione belli, castra secundum mare esse facta.*"

Ergo et castra apud Dyrrhacchium adhuc erant occupata et munitiones, quae longius a mari aberant, a praesidiis suis nondum erant relictae, unde facile perspicitur, Caesarem n. l. de parte copiarum, capite vero 75 de toto exercitu facere mentionem. Jam capite 67 ita legimus:

"*Hanc legionem sperans Caesar se opprimere posse — reliquit in opere cohortes duas, quae speciem munitionis praeberent: ipse — reliquas cohortes numero XXXIII eduxit.*"

Reliquae igitur cohortes sunt eae, quae, demptis duabus, supererant. Aliam interpretationem locus non patitur, si syntaxis ratio habeatur idque ipse Nippend. indicat, quum pag. 177 suae editionis dicit "*Deinde quod deinceps Caesar reliquas cohortes ad legionem Pompeji opprimendam se duxisse dicit, omnes copias, quae praeter has cohortes (sc. illas XXXIII) aderant, in castris relictas esse demonstrat. At longe plures XXXV cohortibus tum affuisse vel ex capite* 75 *videmus.*"

Verum non erat, cur adeo miraretur v. cl., duas tantum cohortes in castris remansisse [1]) neque incredibile est, Caesarem duas cohortes eam speciem praebituras existimasse, ut Pompejus revera castra muniri arbitraretur. Ex capite enim 66 perfectam fuisse munitionem eo tempore, quo Caesar expeditionem susciperet, certiores facti sumus.

Quare non ita res proponenda est, quasi vallum nondum absolutum perficere illae duae cohortes videri debuerint. In vallo turribus muniendis occupatas fuisse opinor, ne interrupto munitionis opere aliud quid a Caesare agi hostes suspicarentur neque militum partem abesse animadverterent, specie majoris numeri, quam revera aderat, oblata. Pompejum adeo, qui vallo obstante, quinam et quot in castris essent, videre non poterat, fallere Caesar constituerat idque eum relictos mille fere milites et hoc modo occupatos facile perfecturos speravisse, non adeo absurdum mihi videtur. Res

---

1) Caesar B. C. 3. 109. "*Cohortes duas castris praesidio reliquerat.*"

praebebat. *Suppetere* h. l. idem est ac *esse* dempta notione affluentiae. Ita scriptor Belli Africani cap. 31. 3.

"*Quibus rebus nunquam tanta suppeteret — victoriae fiducia, ut castra sua adoriri auderent.*"

Cf. B. G. 1. 16. "*Sed ne pabuli quidem satis magna copia suppetebat*" et B. G. 7. 14. "*Harum ipsis rerum copiam suppetere, quod, quorum in finibus bellum geratur, eorum copiis subleventur.*"

"*Videbant*" de Caesarianis accipi velim; nam ita melius sibi constat oratio, quam si de Pompeji militibus dictum accipere cogamur; quod caeteris interpretibus accidit.

Cap. 67. "*Eo signo legionis illato speculatores Caesari renuntiarunt.*" De constructione vide Oudendorpium et Herzogium ad h. l. Uterque similes locos adscripsit e Caesaris commentariis, unde perspicuum esse opinor non opus esse, ut addamus *rem*, ut Nipperd. voluit. Deinde iis, quae idem paullo infra de corrupto copiarum numero disseruit, calculum adjicere nequeo.

Vir enim cl. duas in castris cohortes ad speciem munitionis esse relictas non verisimile esse putat et ratione inita demonstrasse sibi visus est, plures cohortes in castris Caesarem reliquisse. Iis enim, quas Apolloniae aliisque in urbibus regionibusque Graeciae in praesidio collocaverit, computatis effici, cohortium quinquaginta septem numerum in Caesaris castris fuisse. Sed ratio loci, de quo sermo est, ejusmodi interpretationem non patitur, quae ex rerum non satis perspecta conditione orta est. Credo, quod ex extremis capitis 65 verbis, effecerit v. cl., Caesarem, novis castris secundum mare munitis, omnes eo copias, quibus Pompejum circumvallaret, transtulisse. Qua in re falli eum existimo. Etenim non omnia praesidia ex castellis deduxerat, sed ab ea tantum parte munitionum perpetuarum, quae prope mare erant. Hoc enim loco propositum non tenuerat, nempe ut Pompejum intra ejus munitiones contineret et sive ad deditionem sive ad proelium fame perduceret. Argumento est, quod legimus cap. 67. "*Hoc idem visum ex superioribus quibusdam castellis,*" quae adeo praesidiis nondum erant nudatae et cap. 73 initium, ubi post rem male gestam demum "*omnis commutata belli ratio*

et omnibus praesidiis deductis oppugnatio dimissa esse" dicitur; capite 65 dictum est tantum, "*mutata ratione belli, castra secundum mare esse facta.*"

Ergo et castra apud Dyrrhacchium adhuc erant occupata et munitiones, quae longius a mari aberant, a praesidiis suis nondum erant relictae, unde facile perspicitur, Caesarem n. l. de parte copiarum, capite vero 75 de toto exercitu facere mentionem. Jam capite 67 ita legimus:

"*Hanc legionem sperans Caesar se opprimere posse — reliquit in opere cohortes duas, quae speciem munitionis praeberent: ipse — reliquas cohortes numero XXXIII eduxit.*"

Reliquae igitur cohortes sunt eae, quae, demptis duabus, supererant. Aliam interpretationem locus non patitur, si syntaxis ratio habeatur idque ipse Nippend. indicat, quum pag. 177 suae editionis dicit "*Deinde quod deinceps Caesar reliquas cohortes ad legionem Pompeji opprimendam se duxisse dicit, omnes copias, quae praeter has cohortes (sc. illas XXXIII) aderant, in castris relictas esse demonstrat. At longe plures XXXV cohortibus tum affuisse vel ex capite 75 videmus.*"

Verum non erat, cur adeo miraretur v. cl., duas tantum cohortes in castris remansisse [1]) neque incredibile est, Caesarem duas cohortes eam speciem praebituras existimasse, ut Pompejus revera castra muniri arbitraretur. Ex capite enim 66 perfectam fuisse munitionem eo tempore, quo Caesar expeditionem susciperet, certiores facti sumus.

Quare non ita res proponenda est, quasi vallum nondum absolutum perficere illae duae cohortes videri debuerint. In vallo turribus muniendis occupatas fuisse opinor, ne interrupto munitionis opere aliud quid a Caesare agi hostes suspicarentur neque militum partem abesse animadverterent, specie majoris numeri, quam revera aderat, oblata. Pompejum adeo, qui vallo obstante, quinam et quot in castris essent, videre non poterat, fallere Caesar constituerat idque eum relictos mille fere milites et hoc modo occupatos facile perfecturos speravisse, non adeo absurdum mihi videtur. Res

---

1) Caesar B. C. 3. 109. "*Cohortes duas castris praesidio reliquerat.*"

profecto erat periculo plena et de castris actum fortasse fuisset, si Pompejus de rerum statu certior esset factus. Sed Caesar cum fortunae, quae plurimum in rebus humanis posset, aliquid concedendum putabat, tum adeo procul ipse cum reliquo exercitu non aberat, ut suis, si Pompejus castra aggrederetur, auxilium ferre desperaret ac legioni potius, quam ipse peteret, laboranti adversarios opem laturos confidebat. Itaque nihil mutato opus est.

Cap. 69 in fine "*dimissis equis*" a Nipperdeïo ejicitur et in locum verbi "*conficerent*" ponitur "*conjungerent.*" Quod cur faceret, hae fuere causae:

1°. In mentem fugientibus venire non poterat, ut equos dimitterent.

2°. Ea, quae h. l. narrantur in sinistro cornu gerebantur, ubi nulli erant equites.

3°. Si quis putet, Caesarem tum demum fugientes retinere conatum esse, quum utrumque cornu in fuga se conjunxisset, eum reputare oportet, quam parum Caesarem equites juvissent, si tamen milites legionarii fugerent.

4°. "*Equis dimissis*" agnoscunt codices, nec tamen sensus ea verba retinere sinit. Ergo magister haec addidit.

Respondeo 1°. Adeo perturbati milites animi erant, ut ex vallo decem pedum in fossas ejusdem altitudinis desilirent; quidni equites equos dimittere potuere?

2°. Caesar tum demum colligere milites conatus est, quum munitionibus suis appropinquarent, ubi major retinendi spem habere sibi videbatur.

3°. Caesar non equites tantum, sed et pedites in fuga sistere tentavit, uti e proxime sequentibus patet. Res enim sic se habebat, ut, quum Caesar equitem consistere juberet, hic equum dimitteret et pedibus eundem cursum conficeret quem equo fuerat confecturus; quum peditis signum arriperet, hoc, dilapso eo, qui portaret, manibus retineret. Adeo enim omnes timore erant perturbati, ut vel Caesarem transfigere signifer quidam voluisse narretur, quum ille fugienti se opponeret. Deinde "*cursum conjungere*" recte dicitur de eo, qui currere pergit; quid vero significat "*eundem cursum conjungere?*" Tacitus Ann. 6. 26. Coccejum Nervam "*ab-*

stinentiam conjunxisse" dicit, etsi Tiberius eum a proposito divertere conaretur; non vero "*eandem abstinentiam*," quod sensum non haberet. Verum "*eundem cursum conficere* h. l. sensum habet optimum indicatque eamdem viam, quam equo esset emensus qui veheretur, ab eo pedibus confectam esse, postquam equum dimiserit.

4°. Ergo neque opus est, ut omnium codicum lectionem rejiciamus, neque magistro, qui textum corruperit, neque inusitata dicendi ratione, qua pleonasmus oritur.

Cap. 75. "*Neque vero Pompejus, cognito consilio ejus moram ullam ad insequendum intulit; sed eadem spectans, si itinere impeditos et perterritos deprehendere posset, exercitum castris eduxit.*"

Locus et aliis et mihi corruptus. Herzogius explicat "*eadem, quae semper spectare consueverat.*" Sed eo semper spectasse Pompejum, ut Caesarem in itinere deprehenderet, nusquam memoratum video. Pompeji consilium, si quid video, id semper fuit, ut bellum duceret, sperans fore, ut Caesar tandem inopia cum exercitu interiret. Inde proelium committere noluerat; inde se includi erat possus; inde postea etiam proelium evitare studuit, nec nisi omnium suorum vociferationibus criminationibusque, ignaviam aut superbiam exprobrantium, ad pugnam apud Pharsalum descendit.

Nipperdeïus *eadem* mutat in *id.* Sed ne hoc quidem satis; nam *spectare* ea significatione, qua hic usurpatur, neque apud Caesarem, neque apud alios scriptores cum conjunctione *si* conjunctam occurrere memini, nisi capite 85 hujus libri, ubi sine dubio legendum est "*exspectans, si,*" ut ipse Nipperdeïus edidit. Alia igitur ratione tollendum est vitium; quare videant peritiores, an legi possit: "*Sed caedem spectans, si-posset-eduxit.*" Tanquam Caesar dicere voluerit, Pompejum non tantum Caesarem e manibus emittere noluisse, sed elatum victoria nuper reportata id consilii cepisse, ut exercitum deleret atque ita eduxisse exercitum, si hostes consequi posset, ut putabat, itinere impeditos et perterritos. Itaque conjunctio *si* interrogandi notionem retinet, sed pendet, ex sequenti *eduxit*, sicut B. C. 3. 56. "*Caesar exer-*

citum — produxit, si Pompejus proelio decertare vellet" cf. B. C. 3. 30. "*Diversa sibi ambo consilia capiunt: Caesar ut — conjungeret, Pompejus, ut venientibus in itinere se opponeret et si imprudentes ex insidiis adoriri posset.*" Sic enim legendum, non *opponeret, si.* Vid Oudendorp. ad h. l. Simili modo conjunctio verbum antecedit B. C. 2. 84. "*Hanc uterque si — transire conarentur, exspectabat*" et B. G. 1. 8. "*Si perrumpere possent, conati*" cf. B. G. 2. 9.

Cap. 101. 4. "In optimis codicibus Leid. pr. et Scalig. pro vulgato *egit* legitur *egerunt.* Quodsi ejeceris, sensus erit optimus. Itaque magister, qui periodum paullo longiorem digerere non poterat, hoc verbum intulit."

Ita Nipperdeïus. Vellem addidisset in Bongars. et Palat. legi "*egit Cassius,*" in pr. Edit. "*egit;*" quod si pro *egerunt* posueris, optima existet sententia et magistro facile carebis. Nam *egit*, quin ad *Cassium* a nemine non referatur, qui hunc locum vel paulisper inspexerit, non est, quod dubitemus.

Cap. 112. *Haec insula, objecta Alexandriae portum efficit; sed a superioribus regionibus in longitudinem passuum nongentorum in mare jactis molibus, angusto itinere et ponte cum oppido conjungitur.*"

"*Superioribus regionibus*" revocavit Nipperdeïus plurimas codices secutus; causam non addidit. Et tamen multo meliorem lectionem jam Oudendorpius defenderat, scilicet "*a superioribus regibus,*" quae in Vossiano invenitur. Clarkius jam pridem codicum scripturam tueri conatus est, ita interpretando: "*molibus, quas a superioribus i. e. montanis regionibus convexerant.*"

Rem, meo judicio, confecit Herzogius, dicens: 1°. Multo esse verisimilius, Caesarem, quum de molibus i. e. opere artificioso, narraret, artificem nominasse, quam loci, unde materia operis esset petita, mentionem fecisse.

2°. Si de materia *moles* accipiatur, perverse agi: tum enim dicendum fuisse *ligna, agger, trabes, saxa*, vel simile quid.

3°. Si *regiones* de montibus dictum esset, non adeo indefinite auctorem scripturum fuisse, sed de quibus regionibus

sermo esset, fuisse additurum. Deinde, si alteram ex duabus urbis partibus in animo habuisset. non vocabulo *regionibus*, sed *parte* usurum fuisse videri. Neque verbum *jactare* adhiberi de eo, qui a montibus ad mare saxa convehat, ut in mare jaciantur, sed dicendum fuisse *saxa e montibus esse petita.*

4°. Caesarem verbis *a superioribus regibus* opinionem tollere eorum, qui a Cleopatra demum hoc opus confectum arbitrarentur.

DE AESCHYLI SCHOLIIS LAURENTIANIS.

SCRIPSIT

C. M. FRANCKEN.

Augeri notitiam nostram in detrimentum delectationis cum multas alias in disciplinas cadit, tum, nostra quidem aetate, in critices illam partem, quae diplomatica vulgo audit. Optimorum enim scriptorum codices hodie si minus ubique accuratissime excussi, tamen ita pervoluti et pertractati sunt, ut locis obscuris ex iis nihil plerumque subsidii exspectare debeamus, summum hic illic scribas erroris arguere possimus, et, natura et cognatione librorum manuscriptorum inventa, fontes erroris saepius quam vias emendandi perscrutari liceat. Itaque in multis editionibus, quae his postremis annis prodierunt, varietas lectionis codicum omnium onerat potius scriptores quam ornat, in leviculis vitiis et quisquiliis versata; eoque fine antiquae lectiones accumulari videntur, ut, qui ad emendationem accingi velit, sciat nihil adiumenti sibi ex libris petendum esse, et tantum praeparata sibi verba scriptoris inveniat; contra qui suavitatem narrationis, poeticam sublimitatem aut oratoris nervos atque acumen percipere velit, saepius nunc in obscuris offendat, quam illo tempore fiebat, quo, nimis fortasse, in litterarum studiis delectationi serviebant. Melius tamen illa ratione verae so-

lidaeque doctrinae consuli quam temerariis emendationibus dicam an mutationibus in scriptorum orationem invehendis, quis est, quin agnoscat? Tantum illud affirmaverim, editionis curam non in repraesentandis librorum lectionibus subsistere debere, sed his tanquam fundamento iustam emendationem scriptorum superstruendam esse. Itaque si nostrae aetatis studia eo conduxerint, ut in singulis scriptoribus, qui libri tuto negligi possint, quae adiumenta diligenter pervolutanda sint, appareat, adeoque critices supellectilem paratiorem et contractiorem habeamus, iam de studiis litterarum bene actum dicemus. Nam quisquis antiquum scriptorem emendandum suscipit, ante omnia persuasum habeat necesse est, quae in antiquis documentis prostent, collata esse, ne quando librorum testimoniis emendationes redarguantur et frustra laborem suscepisse videatur.

Eo consilio me nunc iterum ad Aeschyli antiquos interpretes confero, quum praesertim in testium penuria nihil omnino negligendum sit. Nimirum antiquorum grammaticorum annotata in nullo scriptore, minime omnium autem in Aeschylo, negligere licet. Nolo nunc de grammaticorum ineptiis aut absurdis interpretationibus disserere; non magis necessaria haec exprobratio est in Scholiastis pertractandis, quam in MSS. lectionibus scribarum inscitiam et imperitiam increpare. Sunt mihi antiqui Scholiastae non duces ad interpretationem sed testes lectionis, quae e libris aut evanuit aut tenuibus vestigiis servata superest. Et in Aeschylo pertractatio illorum testium magis est necessaria, quod omnes antiqui libri ex archetypo Mediceo ducti sunt, adeoque praeter illum librum Scholia unicum sunt antiquae lectionis documentum.

Ante aliquot annos, quum de Scholiastis illis disserebam, magis ut materiem haberem, qua, velut vinculo, miscellaneas observationes iungerem, quam quod magna spes me teneret, fore ut ex his poetae pristinus nitor restitueretur, iam animadvertere mihi visus eram, Scholia illa, quae vulgo ferrentur, unicum habere fontem scholia Medicei. Expositis igitur quae ad Prometheum et Septem contra Thebas collecta habebam inanis mihi opera videbatur amplius in scholia inquirere,

antequam, quid antiquum esset, quid recentioribus grammaticis deberetur accurate novissem; praeterea scholia ad Oresteam et Supplices ita edita erant, ut quavis fere pagina saepe dubitarem, num forte meliora et integriora editis in Mediceo exstarent. Nunc nova editione antiquorum scholiorum, quam curavit G. Dindorfius, ut de his melius iudicare possemus effectum est [1]). Aliquatenus summo viro probari quae olim de scholiis exposueram, laetus inde intellexi, quod partem praefationis, qua de origine et ratione scholiorum exposui, in suum librum recepit. Cf. eius Praef. p. VIII—XV.

Editione igitur Dindorfii primum lucramur, quod certo indicare possumus, quae scholia antiqua sint, sive ante Byzantinos conscripta; quod non exiguum lucrum est, quoniam istam farraginem, quam recentiores Byzantini congesserunt, sine detrimento negligere possumus; nam apparet, hos recentiores non antiquos fontes habuisse praeter Mediceum. Deinde planius iam de ipsis antiquis scholiis (quae ad nonnullas fabulas sola supersunt) iudicare possumus; item ubi opus fuerit, sordes et vitia amovere (quae me iudice satis multa adsunt), siquidem nunc non verendum est, ne recentioribus inventis opera nostra irrita reddatur; possumus item iudicare, utrum verba poetae, quae scholiastes explicuit, ea fuerint, quae in Mediceo legantur, an alia. Quod si videbitur ubique idem legisse, Medicei quoque Scholia ad crisin negligere poterimus. Aliter vero hanc rem se habere, hac disputatione apparebit. Sed antea quaedam de Scholiis his in universum dicenda sunt.

De ratione interpretationis, quam Scholiastes secutus est, non est, quod multis hoc loco disputem. Continent Scholia Laurentiana (ita enim praeeunte Elmsleio, qui ex eodem MS. Scholia Sophoclis edidit, haec appellare malo) vestigia subacti iudicii et eruditionis (cf. ad Eum. 2, 8, 9, 11, 13,

1) *Scholia Graeca (in Aeschylum) ex codicibus aucta et emendata. Oxonii*, 1851. Tertius hic tomus est editionis, quae inscribitur: Αἰσχύλος. *Aeschyli Tragoediae superstites et deperditarum fragmenta ex recensione G. Dindorfii.* 3 Tomi. Oxonii e typographeo Academico, 1832—1851. Secundus tomus annotationes continet. Primus iterum editus est a. 1851.

17), antiqua etiam documenta historiae scenicae, velut didascaliam fabulae Septem contra Thebas, ante paucos annos a Frantzio primum editam (*Die Didaskalie zu Aischylos Septem contra Thebas. Berlin*, 1848), et deinde saepius repetitam. Ad Alexandrinorum vero aetatem illa referenda esse, non prorsus constat. Si omnia unum eundemque auctorem haberent, procul dubio pertinerent ad recentiora tempora, tam propter inepta quaedam et absurda [1]), quam propter recentioris Graecitatis vocabula et constructiones. Sed a quo Scholiaste haec prorsus absunt? Omnino antiqui interpretes generi depravationis expositi fuerunt, quod non similiter in antiquos poetas scriptoresve cadebat. Nimirum praeter vulgarem corruptelam quisque scriba, cui antiquae explicationes faciles et simplices videbantur, sua inventa admiscebat, sperans idem se posse, nec "ausus idem desperabat," sed suas ineptias et quisquilias adscribebat, aut, quod peius etiam est, antiquam explicationem refingebat ad corruptam lectionem. Itaque prudentius iudico litem de aetate Scholiorum, si qua est, iniudicatam relinquere et acquiescere in coniectura, quam olim hac de re proposui (*De ant. Aesch. Intpp.* p. XIV).

In Mediceo sive Laurentiano "Scholia marginibus adscripta "sunt literis capitalibus ab alia quam quae textum scripsit "manu literis minusculis exaratum, aucta passim manus ali-"quanto recentioris additamentis," quae Dindorfius (a quo haec sumo) suis quaeque locis notavit. Idem in tabula lithographica exprimendam curavit paginam MS. cum Scholiis, unde, si quid video, apparet, ea codici nuper descripto addita esse. Qui vero adscripsit passim parum attendit ad verba poetae, unde Scholia saepe locis alienis apposita sunt [2]). Lemmata raro addidit; ea ubi deerant, ut par erat, supplevit editor.

In ipsis poetae verbis multa sunt correcta partim satis

---

1) Ut aliquid afferam Suppl. 671 non intellexit *σεβόντων* esse imperativum; ib. 848. *ἄπιτα*] *ἀπιόντα κατὰ συγκοπήν.*

2) Choeph. 63 ref. ad 66; 88 *κατεύξωμαι* = *εὔφρον'*; 123 = 131; 368 = 346; 509 = 510; 585 = 589; 589 *πλάθουσι* = *βλαστοῦσι*; 970 = 972; 1030 = 1029; Eum. 47. *ἐν θρόνοισιν ἥμενος* = *γυναικῶν*; 49 = 50; 440 *ἑστίας ἐμῆς πέλας* = *προςίκτωρ.*

antiqua, partim recentiori manu, de quo Hermannus in Praefatione editionis (Lips. 1852) p. V ita exponit: "Non "multo recentior manus (quam quae textum scripsit saec. X "vel XI) et scholia litteris uncialibus adscripsit, et mino-"ribus litteris post Supplices vitam Aeschyli fabularumque "indicem addidit, et in ipsis Aeschyli verbis multa mutavit. "Ea manus in adnotationibus secunda dicitur. Postea saeculis "quarto decimo et decimo quinto eundem librum aliae ma-"nus interpolarunt; quae a secunda manu recentiorum no-"mine distinguuntur." Eadem designatione Cobetus in collatione usus est. Variae lectiones, quas manus secunda adscripsit, non magni sunt momenti; multis locis Doricas formas restituit, α pro η reposito, item itacismi quaedam vitia, neque semper feliciter, emendare conata est, velut αι pro ε posuit, ι pro η et contra. Si qua insignior est varietas a manu secunda addita, fluxit e scholiaste, quocum nusquam pugnat nisi forte Eum. 883, ubi Mediceus habet supra scriptam lectionem θέλεις, quum scholiastes θέλῃς habuisse videatur. Multis aliis tamen locis hic emendandi fons non in dubium potest vocari. Cf. ad Agam. 1127, Choeph. 29, 33, 257, 317, 395, 1064, Eum. 424, 845, 883, Suppl. 556, 632. Monstra quoque vocabulorum, quae sunt in Supplicibus, intacta reliquit; sic Suppl. 429 Mediceus habet μήτι τ' ἀαΐσταν ἱκέτιν; manus secunda non emendavit, sed coniecit, quid legendum esset: οἶμαι· μήτι τλαίης τὰν ἱκέτιν, unde apparet in libro, quem scriba consulebat, non meliorem lectionem exstitisse sed idem illud vitium. Quare mihi probabile videtur, illum qui scholia descripserit, et illas emendationes addiderit, habuisse in manibus fontem Medicei, et inde leviora quaedam vitia, quae incuriae prioris scribae deberentur, sustulisse. Eodem modo explicandum, quod manus illa secunda duobus locis Choeph. 712—714 et Suppl. 521—523 versus omissos supplevit. Itaque sunt quidem scholia alia manu scripta quam contextus, sed ex eodem libro petita videntur.

Quae tamen de manu illa secunda dixi, non ita sunt intelligenda, ac si ubique lectio, quam secutus sit Scholiastes, verbis poetae adscripta sit. Non multum operae in illa

scholiastae interpretatione enucleanda posuit quisquis ex hac poetam passim emendare conatus est, sed tantum quae exstabant et facile in oculos incurrebant enotavit. Itaque de his scholiis singulis locis accuratius agere minime supervacuum est. Apparebit hoc, spero, ex iis, quae nunc de quatuor difficilioribus fabulis exponam: Agamemnone, Choephoris, Eumenidibus, Supplicibus. Saepius scholia unice veram lectionem habent, in contextu (sic enim liceat appellare) oblitteratam, in ipsis scholiis subinde cum falsa temere permixtam; praeterea multis locis corruptis habent, quae contextus verbis non sunt postponenda; adeoque in emendatione minime debent negligi. Memoro tantum eos locos, ubi scholiastae lectio a Mediceo differt. De illis scholiis, quae aliis videri possent variam lectionem continere, sed emendatione egent, postea quam brevissime exponam. Ceterum scholia distinxi iisdem numeris quibus Dindorfius, cuius editionem nunc ubique sequor.

Contextus Medicei his paucis annis prodierunt collationes tres. Primam dedit Dindorfius in annotationibus supra laudatis, quae prodierunt Oxonii a. 1841; secundam Franz, quae complectitur solam Oresteam (*Des Aischylos Oresteia, Griechisch und Deutsch herausgegeben von Johannes Franz, Leipz.* 1846); tertia, in usum Hermanni confecta a C. F. Weber et T. Mommsen, prodiit superiore anno. Denique Cobetus a. 1845 Mediceum accurate contulit. Hanc collationem, mihi benigne concessam, sequendam putavi, monens tamen, ubi reliquae ab hac differrent, quod tamen non saepe accidit [1]).

---

1) Quae scholia in Dindorfii editione ad quatuor fabulas dictas nova accesserunt habent pauca tantum et exigua fragmenta, pauca item eorum, propter quae vulgo scholia consuluntur. Illa hic tamen addere volo, quod Dindorfii liber fortasse non in multorum manus perventurus est. Choeph. 322. *φροῦδα γὰρ τάδ' ἤδη*; alluditur ad Eurip. Med. 139. — Choeph. 332. Ad hunc versum in scholiis legitur *ἔξω*, ad 334 *ἔσω*, ad 345 *ἔξω*, 355 *ἔσω*. — Choeph. 344. *νεοκρᾶτα: κρατῆρα νεοκρήτου τ' εἰςεπιλειβομένας*; distinguendum *κρατῆρα· "νεοκράτου τ' εἰςεπιλειβομένας."* Versus est poetae ignoti dimeter anapaesticus, neglecta in vocabulo composito caesura, cuius generis exempla attulit Herm. Elem. p. 874. Forma *νεοκράς* testatior est quam *νεόκρατος* (cf. Blomf. ad h. l.), neque tamen analogiae repugnat et legitur apud Hesychium: *νεόκρατοι τοὺς*

Agamemnon. 2. *φρουρᾶς ἐτείας μῆκος δ' ἦν κοιμώμενος* (Mediceus, cuius lectiones ubique praeponam). Schol. *μῆκος* iunxit cum *ἐτείας*, *δ'* omittit. Recte.

32. *τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι.* Schol. *θήσομαι*] *οἰκειώσομαι.* Vix haec duo vocabula conveniunt inter se. Legit vel legere sibi visus est *κτήσομαι.* Male.

103. *τὴν θυμόφθορον λύπης φρένα.* Schol. *ἥτις ἐστὶ θυμοβόρος λύπη τῆς φρενός*, in quibus, verbis transpositis, legendum: *λύπην, ἥτις ἐ. θ. τ. φρ.* — *Θυμοβόρον* procul dubio rectum.

104. *κύριός εἰμι θροεῖν ὅδιον κράτος αἴσιον ἀνδρῶν ἐκτελέων.* Schol. *δυνατός εἰμι εἰπεῖν τὸ συμβὰν αὐτοῖς σημεῖον ἐξιοῦσιν.* Non potest *κράτος* per *σημεῖον* explicari. Nisi fallor, scriptum fuit in libro ad quem annotatio scholiastae olim scripta erat *ὅδιον* ΤЄΡΑϹ ΑΙϹΙΟΝ (ο ϲ supra), i. e. *ὅδιον τέρας αἴσιον* cum varia lectione *ὅσιον.* Sed librarius litteras *ο ς* duobus postremis vocabulis interposuit, unde factum *κράτος*, litteris Τ Є in Κ mutatis. Variam h. l. fuisse lectionem *ὅσιον*, eamque satis antiquam, diserto testimonio novimus, schol. ad Arist. Ran. 1276, ubi hic versus ab Euripide affertur. Scholiastae verba sunt: *ἐν τοῖς πλείστοις αἴσιον. Ἀσκληπιάδης τὸ ὅσιον.* Male ibi praefixum est lemma *ὅσιον κράτος.* — *Τέρας αἴσιον* lectio est non spernenda, quae sententiae aeque ac metro satis-

---

κρατῆρες ἐλέγοντο, ὧν ἡ χρῆσις διττὴ καθειστήκει· ἔν τε γὰρ τοῖς περιδείπνοις (coenis feralibus) *καὶ ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν* [*ἤγουν σπονδαῖς*], puto *ἐν ταῖς ἑστιάσεσι τὴν δεκάτην.* — Choeph. 428. *κροτητὸν ἀμὸν καὶ πανάθλιον κάρα.* Schol. *κωμῳδεῖται ὡς διθυραμβῶδες.* — Choeph. 471. *ἔνουλος* vocabulum lexicis ignotum. — Choeph. 926. *παροιμίαν εἶναι τοῦτό φασι· πρὸς τύμβον τε κλαίειν καὶ πρὸς ἄνδρα νήπιον.* Quae verba omisso priore *πρός* senarium efficere, observavit Dindorfius; utinam potius sententiam! Possis supplere *ταὐτὸ πρὸς τύμβον τε κλαίειν καὶ πρὸς ἄνδρα νήπιον*, quae verba efficiunt tetrametrum trochaicum catalecticum, vel trimetrum iambicum verbis *ταὐτὸ πρός* ad finem superioris versus reiectis. — Eum. 578. *ἐν παραχορηγήματι αὐτῷ εἰσιν οἱ Ἀρεοπαγῖται, μηδαμοῦ διαλεγόμενοι.* Scholium non sine pretio, si cum reliquis locis de *παραχορηγήματι* confertur. Cf. C. F. Hermann, *de distrib. person.* p. 3S sqq. not. 43 sqq. — Eum. 596. *τὸ ἀεὶ ἐπὶ τοῦ ἕως* (*τέως*) *τάττουσιν οἱ Ἀττικοὶ πολλάκις· "Δεῦρο μέν μοι τόνδ' ἀεὶ τεῖνον λόγον."* Cobetus quoque hoc fragmentum enotavit, qui habet *τείνει*, quod praeferendum. Dindorfius recte coni. *καὶ δεῦρο*, ut senarius sit. — Ceterum de illis collationibus dignus est, qui conferatur Doct. Kiehl, in *Mnemos.* vol. II. 4. p. 336—377, quem fasciculum accepi iam absoluta hac disputatione.

facit. Nam quum chorus aperte significare debeat portentum in itinere oblatum, optime hoc exprimitur vocabulis ὅδιον τέρας; ita genitivus ἀνδρῶν ἐκτελέων est possessivus. Contra in vulgata non video, quomodo genitivus aliter possit explicari, quam ut sit subiecti: "imperium in itinere, quod tenebant viri eximii;" hoc autem non quadrat ad reliqua. Hermanni explicationem (*vim viatricem*) et Hesychii glossam (ὅδιος. οἰωνός, αἴσιος), huc a nonnullis relatam, sciens praetereo. Cupidius fuerit ex hac glossa argumentum pro mea opinione petere velle.

141. ἀέλπτοισι. Schol. ἀέπτοις δὲ τοῖς ἕπεσθαι τοῖς γονεῦσι μὴ δυναμένοις, quod viam munit ad veram lectionem λεπτοῖς, quam Wellaueri ingenio debemus. Ἀέλπτοις defendit Franzius, sed significatio horrendi (δεινός) hoc loco non est apta.

144. κράναι. Schol. τὰ ξύμβολα αἰτεῖ με φάναι δεξιά. Legisse videtur φᾶναι pro φῆναι, nisi hoc ipsum in scholio restituendum est; emendatio est antiqui interpretis, ut videtur.

150. τεύξῃ. Schol. ὦ Ἄρτεμι. Hinc τεύξῃς legisse scholiasten efficias, praesertim quum sequens vocabulum (σπευδομένα) a σ incipiat. Improbanda lectio.

166. εἰ τόδε μάταν ἀπὸ φροντίδος ἄχθος. Schol. εἰ τὸ τῆς ματαιότητος. Τό est lectio hodie recepta.

215. ὀργᾷ[1] τῷ τρόπῳ γὰρ αὐδᾷ ὁ μάντις δῆλον ὅτι. Scribendum cum Hermanno ὀργᾷ[1] τῷ τρόπῳ. Γράφεται (s. potius γρ.) αὐδᾷ· ὁ μάντις δῆλον ὅτι. Hinc in Farnesiano αὐδᾷ in contextum transiit, quam lectionem defendit Hermannus, verba sic iungens: (ὁ μάντις) αὐδᾷ, θέμις (εἶναι) περιόργως ἐπιθυμεῖν παυσανέμου θυσίας, rell., non tamen addens, quid sibi γάρ post παυσανέμου velit; durius porro μάντις omittitur; denique haec verba continere debent mutati consilii declarationem, ut ex sequentibus apparet, quae nec in vulgata nec in scholiastae lectione inest. Αὐδᾷ tamen est antiqua lectio, quae minime e glossa fluxisse potest. Fortasse corruptum est ex οἴδᾷ (cuius locum igitur occupaverit ὀργᾷ) ... scribendum οἴδᾷ περιόργως ἐπιθυμεῖν θῦμος, quod met... ...ugnat et profecto vulgatae praestat. Profero h... tantum, ut aliis si forte possim emendandi ...

Quod a v. 311—1066 scholia antiqu... aff...

factum est, quod in Mediceo aliquot paginae desunt. Recentiora scholia ad hos versus et reliquam fabulae partem affert Dindorfius, p. 504—510. Sunt haec primum a Stephano in editione Victorii vulgata e codice Florentino (plut. XXXI. 8) aut, quod probabilius videtur, e Farnesiano, qui continere existimatur recensionem Triclinii et eiusdem annotationes. Alicuius momenti essent scholia recentiora ad v. 311—1066, si statui posset, antiqua etiam, hodie deperdita, his esse permixta. De hoc vero non liquet. In prima quidem fabulae parte (v. 1—310) antiqua scholia recentioribus non sunt interposita. Sed dubium est, utrum ibi ab editore sint omissa, an revera in MS., qui recentiora continet, non legantur. Ipsorum tamen scholiorum ad v. 311—1066 ratione habita non dixerim, antiqua iis subesse, quare illa hic pertractare non necesse habui.

1091. *ἀρταναι.* Schol. *ἀντὶ τοῦ ἀγχόνῃ.* Legit igitur *ἀρτάνᾳ* sed illuc quoque ducit lectio Medicei, in quo libro saepius iota subscriptum postponitur; sic, ne longius abeam, infra 1106 *βοᾶι*, 1127 *μελαγκέρωι*, supra 235 *καλλιπρώιρου.*

1093. Med. *εὖριν*, sed a prima manu correctum *εὖρις.* Schol. *ἔοικεν ὡς κύων εὑρίσκοι, ἀναζητεῖ*, in quo scribendum, partim ex emendatione Hermanni, *ὡς κύων εὖρις καὶ ἀναζητεῖν.* Videtur enim interpres male de verbo *εὑρίσκω* cogitasse, quum ad *ῥίν* sive *ῥίς* recurrere deberet. Inde facile est explicatu, cur *εὖρις* in textum venerit pro *εὖριν*, quae posterior vera lectio est.

1125. *ἄπεχε τῆς βοὸς τὸν ταῦρον.* Schol. *ἄπεχε· τίς ἂν ἀποστήσειεν αὐτῆς τὸν Ἀγαμέμνονα;* Suspicio hinc mihi nata est, scholiastam legisse *ἄπεχέ τις*, i. e. *tu, quisquis es, arce.* In idem video incidisse Hermannum, unde non amplius dubito, quin schol. ita legerit. Cf. si tanti Matth. § 511. 1. Idem illam lectionem Aeschylo abiudico, quod articulus hic ante *τὸν ταῦρον* abesse nequit.

1127. Sequuntur *ἐν πέπλοισι μελαγκέρῳ λαβοῦσα μηχανήματι τύπτει* (manus secunda correxit *μελάγκερων*). Scholion primum *τὸν μελάγκερων ταῦρον*, rell., secundum: *ἐὰν δὲ γράφηται μελαγκέρῳ μηχανήματι τύπτει, ἀντὶ τοῦ κεκρυμμένῳ.* Itaque quae scholiastae vulgata lectio est, a se-

cunda manu in textu est scripta, quae vulgata in textu est, in scholio est dubiae auctoritatis (ἐὰν δὲ γρ.). Tertia lectio prodit ex verbis τῆς μελαγκέρου (?) βοός, nimirum μ ε λ ά γ κ ε ρ ω, Dativus quamvis ab Hermanno defensus, mihi absurdus videtur; intelligerem si esset scriptum μελαγκρόκῳ μηχανήματι, (*veste nigra*) sed μελάγκερων μηχάνημα non potest significare, quod volunt, *dolum*, *quo taurus nigris cornubus armatus capitur*. Genitivi μελάγκερω nullus usus est. Restat μελάγκερων, quae lectio probari posset, modo articulus adesset, ἐν πέπλοις τὸν μελάγκερων, et μηχανήματι epitheton quoddam haberet; friget enim nude positum. Non audeo μελαγκρόκῳ verum dicere, tantum maiorem corruptelam hic statuo quam vulgo putant. Ut nunc se res habet, Schol. lectio prima μελάγκερων proxima. vero est.

Choephorae. 13. π ῆ μ α προςκυρεῖ νέον. His scholion adscriptum ἀντὶ τοῦ πῆμα νέον, quod absurdum est, nisi Scholiastes aliud quid legerit. Id autem est πτῶμα, quod Turnebus iam invenit, et recte recepit.

61, sqq. Quatenus in hoc loco difficillimo lectiones Medicei et Scholiastae differant, facillime apparebit, si verba Medicei et interpretationem scholiastae iuxta apponamus.

Med.:	Schol.:
ῥοπὴ δ' ἐπισκοπεῖ δ ί κ α ν ταχεῖα τοῖς μὲν ἐν φάει, τὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ σκότου μένει χρονίζοντ' (diu), ἄχη β ρ ύ ε ι.	ἡ τῆς δίκης ῥοπὴ τοὺς μὲν ἐπισκοπεῖ ταχέως καὶ ἀμύνεται, ἄλλοις δὲ ἐν ἀμφιβόλῳ ἐᾷ τὴν τιμωρίαν οὐκ ἀθρόως ἀμυνομένη, ὥστε τοὺς ἠδικημένους ὑπ' αὐτῶν λυπεῖσθαι.

Hinc apparet Scholiastam legisse ῥοπὴ δ' ἐπισκοπεῖ δ ί κ α ς ταχεῖα τ ο ὺ ς μέν et ἄχη β ρ ύ ε ι ν; postremum explicavit intellecto ὥστε. Quae interposita sunt τὰ δ' — χρονίζοντ' bene exposuit quidem, sed non verbum verbo reddidit; τά intellexit τὰ ἁμαρτήματα; ea quum in tenebris perpetrantur sive ab hominibus obscuris, diu impunita manent, ut dubite[illegible] num poenam umquam sint daturi. Primis versibus lo[illegible] praestat scholiastae lectio vulgatae, postremus docente [illegible] et metro interpolatus est, nec ulla sanatio melius proc[illegible]

videtur, quam hoc ipsum βρύειν, quod a Schol. commendatur, textu eiicere, utpote e versu 70, ubi Med. habet παναρκέτας νόσου βρύειν, huc male translatum; ut hoc eiecto legatur: μένει χρονίζοντ' ἐς ἄκη, "perdurant ad tardam vindictam;" sive: "haec sera manet vindicta." Sept. 744, αἰῶνα δ' ἐς τρίτον μένει. Ita Scholiastes iam interpolatam lectionem habuisset. Primos autem versus quamvis nondum persanatos existimem — offendit enim collocatio τοῦ μέν — viam tamen praeire potest Scholiastes.

69. διαλγὴς ἄτη. Schol. ἡ διαιωνίζουσα ἄτη, τοῦτ' ἔστιν ὁ φόνος. Quid pro διαλγής habuerit, non liquet.

75. ἐμοὶ δὲ — πρέποντ' ἀρχὰς βίου βίᾳ φερομένων αἰνέσαι. Schol. ἐμοὶ δὲ πρέποντα καὶ ὀφειλόμενά ἐστιν ἀπαρχὰς βίου τὰ τῶν βίᾳ με φερομένων αἰνέσαι, in quibus leg. ἀπ' ἀρχᾶς. Alius in reliquis parum diversus explicat ἐξότε τοῦτον ἐπανήρημαι τὸν βίον, quod facit pro πρέποντ' ἀρχαῖς; quod prior quoque potuit habere; ut interpretatus sit: "Conveniens est initiis meae vitae," i. e. "nunc ut olim me decet," et pro hoc minus accurate substituerit: "ab initio me decuit ut nunc decet." In reliquis si explicatio bene se haberet, desideraretur, ne plura dicam, τὰ τῶν β. φ. με; sed credo scholiasten, ut interpretaretur etiam quae explicationem non paterentur, haec de suo addidisse. Miror, quomodo ex hoc loco ita corrupto tolerabilem sententiam elicere potuerint, ut paene credas interpretationem nisam meliore lectione quasi per manus traditam et servatam esse, quum poetae verba iam essent depravata.

142. τοῖς δ' ἐναντίοις λέγω φανῆναί σου, πάτερ, τιμάορον. Qui ita legit non interpretabitur, ut scholiastes: τοῖς δὲ ἐχθροῖς σου λέγω σε φανῆναι τιμάορον. Videtur habuisse σ' ὦ, πάτερ. Quum poeta procul dubio Orestem indicet, praestat vulgata.

143. ἀντικατθανεῖν. Varia lectio a scriba Medicei adscripta habet ἀντικατακτανεῖν, in qua latet ἀντικακτανεῖν, quod recte puto ab Hermanno probatum. Moneo, quia illa varia lectio a Dindorfio scholiis adscripta est.

145. ταῦτ' ἐν μέσῳ τίθημι τῆς κακῆς ἀρᾶς. Schol. ἐν κεφαλαίῳ, ἐν ὑποθέσει τίθημι. Velim scire, num Guelferbytanus hoc loco habeat ἐν μέπῳ, quae est lectio Aldinae, expressae ex illo codice; Mediceum habere ἐν μέσῳ testatum est, sed

fieri profecto potest, ut ἐν μέπῳ ibi quoque sit scriptum ita, ut legentium oculos fefellerit. Hoc quidquid est, satis apparet scholiastam explicuisse ἐν μετώπῳ, unde novo argumento hic versus potest impugnari. Spurium hunc non dubito dicere. Videtur interpretatio versus sequentis. Totus hic locus misere perturbatus et vix sanabilis est.

155. ἄλγος Med. Schol. ἄγος (ἴετε δάκρυ, ἄγος ἀπεύχετον· τὸ δάκρυ γὰρ ἀπευκτὸν ἄγος εἶπεν), quod utpote interpositum inter ἀπότροπον et ἀπεύχετον veri similius esse videtur quam ἄλγος, quia moerorem iustum in hoc carmine sepulcrali non abominari debent liberi.

161. παλίντον' ἐν ἔργῳ βέλη. Schol. σὺν ἔργῳ. Referendum puto ad lectionem ἔνεργα, quam Turnebus quoque hinc sumsit. Praestat vulgata.

202. δίκῃ, Med. e correctione. Schol. similiter: τρόπῳ ναυτῶν. ὅτι κατὰ δοτικὴν δίκῃ, in quibus ante ὅτι excidisse videtur τὸ χ, de quo signo attuli quaedam in *disp. de antiqu. Aesch. interpp.* p. 66. Quare δίκῃ antiquior lectio videtur, quae tamen ab usu Aeschyli recedit, apud quem eo sensu semper δίκην est. Et sic alii quoque poetae.

206. τοῖς τ' ἐμοῖσιν, si fidendum est collatoribus. Schol. τοῖς δ' ἐμ. Male.

285. ὁρῶντα λαμπρὸν ἐν σκότῳ νωμῶντ' ὀφρύν. Schol. τὸν ἐν σκότῳ νῦν κινοῦντα τὴν ὀφρῦν λαμπρῶς ἡμᾶς ἐπεξιέναι ἔλεγεν. Postrema illa ἡμᾶς ἐπεξιέναι ἔλεγεν unde sumserit nescio. Nihil tamen haec conducunt ad locum corruptum emendandum, nisi quod recte ὀφρῦν pro ὀφρύν scripsit. Cf. Goettling., Accent, p. 260 sq. Similiter ὀσφῦς scribendum et ἰχθῦς, ἰχθῦν saepissime perispomena sunt, quemadmodum his in scholiis p. 86. 18. Herodianus π. μον. λ. p. 315: οὐδὲν εἰς υς λῆγον ἀρσενικὸν ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν μὴ ἔχον ὑποκοριστικὴν ἔννοιαν, περισπᾶσθαι θέλει, ὥστε εἰ περισπᾶται τὸ ἰχθῦς, ἔστω θηλυκόν. Huius tamen rei nullum affertur documentum; sed ἰχθῦς, ἰχθῦν in exemplis, quae vulgo afferuntur, masculina sunt, ut in hoc vocabulo de generis enallage non sit cogitandum, sed οἱ ὄφρυες, et τοὺς ὄφρυας (sic) inveniuntur Achm. Oniroer. c. 54. p. 41. Cf. L. Dindorf. in Stephani Thes. Quae generis enallage si Aeschylo quoque potest concedi,

emendatio: ὁρῶντα λαμπρόν τ' ἐν σκότῳ νωμῶν ὀφρῦν, ut ὁρῶντα et λαμπρόν ἐκ παραλλήλου sint posita. Sed ampliandum censeo.

294. συλλύειν. Schol. affert συγκλύειν; improbandum.

317. τί σοι φάμενος ἢ τί ῥέξας τύχοιμ' ἂν καθεν (manus sec. ἕκαθεν) οὐρίσας. Schol. οὐριοδρομήσας habet; alius explicat πόῤῥωθέν σου ἀφοριζόμενος, quae explicatio magis in promtu erat, si legebat ἕκαθεν σοὐρίσας, quod explicandum foret σοῦ ὁρίσας vel σοὶ ὁρισας. (Cf. Arist. Thesm. 158 σοὔπισθεν; infra 927 σοὐρίζει = σοὶ ὁρίζει), vix autem posset significare σοῦ οὐρίσας, *prospero flatu ad te demittens*, quia eiusmodi crasis non admittenda videtur, neque defenditur satis Pers. 848. Verbum ὁρίζω antem hoc loco non aptum est. In eadem annotatione scholiastae legitur ad explicandum vocabulum ἰσοτιμοιρον (sic Med.) ἐναντίον, unde vera lectio ἀντίμοιρον prodit.

366. τέθαψαι. Scholion nunc editum: λείπει τὸ ὤφειλες (imo ὤφελον). Hinc constat scholiastam legisse τεθάφθαι, quod H. L. Ahrens, *de causis quibusdam Aeschyli nondum satis emendati*, p. 16, infirmiori usus argumento, ex alio scholio (ἀνῃρῆσθαι) eruerat, probatum Hermanno et Dindorfio. Sed recte prior adiecit πέπρωσο, unde infinitivus pendeat:

παρὰ Σκαμάνδρου πόρον τεθάφθαι
πέπρωσο· πάρος δ' οἱ,

certe nominativus cum infinitivo sine particula αἴ, εἴθε ad votum significandum probandus non videtur, nec demonstrant loci ab Ahrensio allati Od. VII. 311, XXIV. 376, Eur. Hel. 262, quorum postremus etiam ob aliam causam suspectus est. — Sed de lectione τεθάφθαι nemo nunc dubitabit.

373. ὑπερβορέου. Glossa ὑπερορίου. Inepta coniectura. Sed vix a Scholiasta profecta est.

384. Ζεῦ, Ζεῦ κάτωθεν ἀμπέμπων Ὑστερόποινον ἄτην (ἄταν m. sec.) Βροτῶν τλήμονι καὶ πανούργῳ Χειρί, τοκεῦσι δ' ὅμως τελεῖται. Ad postrema Schol. ἵνα τὸ ὅμοιον καὶ ἴσον τῷ πατρί μου φυλαχθῇ. Hermannus Schol. legisse putat ὅπως pro ὅμως; at sic non apparet, unde sumserit τὸ ὅμοιον καὶ ἴσον. Itaque probabilius est τοκεῦσιν ὁμῶς τελεῖσθαι, *ut similia parentibus fiant*, quae explicatio procul dubio improbanda, sed varietas lectionis est non negligenda. Fortasse scripsit

poeta *ἄμπεμψον* —, *τοκεῦσι δ' ἐμοῖς τελείσθω, pernicies contra parentes (Clytaemnestram) perficiatur.*"

399. *τετιμαι*, pro *τετιμέναι* (quod secunda manus correxit) male intellecto scripturae compendio. Nemo hac lectione de Furiis cogitaverit. Itaque quum Scholiastes explicet *αἱ Ἐριννύες παρὰ τῶν χθονίων τετιμημέναι*, probabile est, olim hic aliud quid lectum fuisse, quo explicatio, quam recentior interpres ad praesentem lectionem immutaverit, referretur. Illud vix aliud esse potuit quam *τιτῆναι*; quam sententiam antea a se prolatam cur Hermannus retraxerit, non facile est dictu. Hesychius: *τιτῆναι*] *βασιλίδι ἢ Ἕκτορος Λύτροις*, leg. *τιτήνα*] *βασιλί(δι)· Αἰσχ. Ἕκτορος Λύτροις*. Idem: *τιήνη*] *ἡ βασίλισσα*, ubi legendum videtur *τιτήνη*; *τίταξ* (l. *τίτας*)] - - *βασιλεύς*. In verbis poetae igitur scribendum puto: *κλῦτε τάδε, χθονίων τιτῆναι, reginae inferorum.* *Τιτήνη* ductum videtur a *τίτας*, rex, quo nomine *κατ' ἐξοχήν* Titanes dicti fuerint. Similia motionis exempla affert Lobeck., Pathol. p. 32, sq.

418. *τί δ' ἂν πάντες τύχοιμεν*; Schol. explicat *εἰπόντες*, unde *φάντες*, ab illo lectum, certa emendatione nunc restitutum est.

438. *ἔλοιμαν*. Schol. p. 114. l. 9. *ὀλοίμαν*; recte.

465. *τὸ μόρσιμον — εὐχομένοις — ἂν ἔλθοι*. Uterque Scholiastes et ad superiorem et ad hunc versum pro voto haec habet, unde *ἀνέλθοι* videntur legisse. Puto illud praestare.

475. *αἰωμαναιρειν αἱματηράν*. Ad haec schol. *ἣν ἤρισε πρὸς τὸν πατέρα*. Wellauerus ex coniectura Hermanni, iam a. 1809 prolata, edidit *διώκειν ἔριν αἱματηράν*. *Ἔριν* hoc scholio, quod a. 1840 ediderat Bambergerus, egregie firmatur.

482. *φυγεῖν μέγαν προςθεῖσαν Αἰγίσθῳ* ** Duae syllabae desunt. Schol. *ὥστε φυγεῖν τὰς ἐπιβουλὰς Αἰγίσθου τιμωρησαμένην αὐτόν*. Ipsa poetae verba indicant deesse substantivum quod ad *μέγαν* pertinuerit. Sententia verborum *μέγαν πρ. Αἰγ.* ** fuit teste Scholiasta *τιμωρησαμένην Αἴγισθον*; quae reliqua sunt in scholio ad vocabulum *φυγεῖν* tantummodo pertinent. Non male Klausenius supplet *βόλον*, sed plura possunt excogitari. Apparet tamen, interpretem locum integrum habuisse.

535. Schol. *ἀνῆλθον*] *ἀνέλαμψαν* (lemma est in Mediceo). Leg. *ἀνῆθον*, quod coniecit iam Valckenaerius, laudans

Soph. Ai. 285 ἡνίχ' ἕσπεροι λαμπτῆρες οὐκέτ' ᾖθον, quod exemplum satis probat ἀναίθω quoque vi intransitiva potuisse dici. Per se tamen ἀνῆλθον non est improbandum. Cf. Agam. 658 ἀνῆλθε λαμπρὸν ἡλίου φάος.

544. οὐ φεῖ σεπᾶσα σπαργάνῃ πλείζετο. Ad hunc versum corruptum exstat scholion nunc primum editum in Mediceo: ἐπιμελείας ἠξιοῦτο. Hoc quo referatur invenire non potui. Vix credo interpretem, qui in libro invenisset versum hac sententia: anguis meis fasciis involvebatur," ita haec explanaturum fuisse. Propius ad explicationem Scholiastae accederent: οὖφις σεβασθεὶς σπαργάνοις ὡπλίζετο. Sed alii fortasse feliciores erunt.

590. λαμπάδες πεδαμαροι (ε e corr.). Schol. καθημεριναί explicat; melius, qui textum scripsit, coniicit; οἶμαι, inquit, πέδουροι ἵν' ᾖ τὸ σημαινόμενον μετέωροι. Hesychius: πέδουρος[1] μετέωρος. Sed πέδευρα[1] ὕστερα, Λάκωνες, apud eundem, ad οὐρά referendum, huc non pertinet. Aeolicum πεδά pro μετά in compositis est in πέδοικος, frgm. 45; πεδαίχμιος, versu prox. 589; πεδάρσιος, Prom. 269 pro μετέωρος, quod metro iambico repugnat. Sed πέδουροι est tantum coniectura scribae; metrum postulat πεδάοροι. Prior scholiastes qui explicavit καθημεριναί, legit πεδάμεροι, quod iniuria recepit Wellauerus.

602. ἴστω δ' ὅστις οὐχ ὑπόπτερος φροντίσιν δαείς. Schol. γινωσκέτω δ' [ὅστις] ὁ παιδευθεὶς οὐχ ὑποπτέροις φροντίσιν. Alius contra ὁ μὴ κοῦφος, quod referendum ad vulgatam lectionem. Verum videtur ὑποπτέροις, ut nempe iungatur ὑποπτέροις φροντίσιν δαείς. Quum dicimus δαῆναι ὑπόπτερος, effectus actionis adiectivo indicatur, similiter atque in σοφόν τινα διδάσκειν et aliis; id autem hic absurdum est. Ceterum ἴστω h. l. est *reputet*, *meminerit*, et participium (δαείς = μαθών) pro verbo finito collocatum hic, opinor, excusari potest 1). — Utrum scholion antiquius sit, non apparet.

604. πυρδαῆ τινα πρόνοιαν. In scholio legitur πυρδαής, quod insulsum epitheton est Althaeae, aptum et vere poeticum vocis πρόνοια. Male igitur quisquis hoc scholion scripsit.

1) Vid. Excursum in fine.

628. *ἐπ' ἀνδρὶ δηΐοις ἐπικότω σέβας* (olim scriptum fuerat *ἐπὶ κότω*). Schol. *ἐπ' ἀνδρὶ φοβερῷ καὶ σεβαστῷ καὶ παρὰ τοῖς πολεμίοις*. Indicavi, quo scholiastae verba pertineant; sed locus ita comparatus est, ut ad genuinam lectionem restituendam non proficere videantur.

638. *σοῦται*. Schol. explicat *νύσσει*, unde *οὐτᾷ* recte restitutum est.

649. *τέκνον δ' ἐπεισφέρει διμασε δωμάτων παλαιτέρων*. Schol. *ἐπεισφέρει δὲ τοῖς οἴκοις τέκνον παλαιῶν αἱμάτων*. Itaque legit: *δόμοισιν αἱμάτων*, procul dubio recte, sed addendum videtur in textu *τοῖσδ'*, ut legatur: *τέκνον δ' ἐπεισφέρει δόμοισι τοῖσδ' αἱμάτων παλαιτέρων τίνειν μύσος*. Quam facile *τοῖσδ'* inter *δομ*OICAI*μάτων* excidere potuerit, non est quod moneam.

699. *νῦν δ' ἥπερ — ἰατρὸς ἐλπὶς ἦν; παροῦσαν ἐγγράφει*. Schol. *ἐλπίς*[1] *τάξον αὐτὴν ἀφανισθεῖσαν ἀρᾷ· ὡς πρὸς τὸ ἐλπὶς δ' ἀπέδωκεν*. Haec misere sunt lacerata. Ex primis verbis hanc lectionem efficias: *ἀποῦσαν ἐγγράφου*. De postremis nolo hariolari.

777. *οὔπω· κακός γε μάντις ἂν γνοίη τάδε*. Schol. *τοῦτο ἀκριβοῦς μάντεως εἰπεῖν*. Sine ulla distinctione legit *οὔπως κακός γε μάντις ἂν γνοίη τάδε* "non profecto malus vates haec diiudicaret," quae sententia hoc loco inepta est.

783. *παραιτουμένῳ ἐμοί*. Schol. *παρὰ σοῦ αἰτουμένῃ* (sic enim leg.); legit *παραιτουμένῃ μοι*; recte.

787. *διαδικᾶσαι*. Schol. *δικαίως, κατὰ δίκαν, ὅ ἐστι κατὰ τὸ δίκαιον*. Legit igitur *διὰ δίκας*, hodie fere receptum.

797. *τίς ἂν σωζόμενον ῥυθμὸν τοῦτ' ἰδεῖν δάπεδον ἀνομένων βημάτων ὄρεγμα*. Schol. *ἰδεῖν ἀντὶ τοῦ ἴδοι· τὸ δὲ ἑξῆς· ἴδοι δέ τις σωζόμενον αὐτῷ τὸν ῥυθμὸν τοῦ δρόμου μηδὲ ὑπερδραμὼν ἐν τῷ δαπέδῳ διαῤῥήξῃ τὸν χαλινόν*. Haec ab interpretibus neglecta vix possunt ad vulgatam lectionem referri. Ita legit et interpretatus est schol.: *τὶς ἂν σωζόμενον ῥυθμὸν τοῦδ' ἰδεῖν δαπέδου, ἀνομένων βημάτων ἔρυγμα*, "videat aliquis [illegible] trum huius curriculi servatum, retinaculum gressuum [illegible] properantium." Ita pro *τοῦδε δαπέδου* dedit *τοῦ δρόμου*, *ἀν. βημ. ἔρ.* dedit *χαλινόν*, et ad *ἔρυγμα* cogitatione [illegible] plevit *σωζόμενον*. Non quaero nunc, num recte expl[illegible]

et ἔρυγμα (ab ἐρύκω formatum) alibi hoc sensu inveniatur; sumo tantum, ex illa lectione hanc explicationem a scholiasta confici debuisse.

Alius scholiastes ad eosdem versus: λείπει τὸ ὅπως (voluit fortasse τὸ ὥστε)· καὶ τὸ ἰδεῖν ἀντὶ τοῦ ἴδοι. ὁ δὲ νοῦς, ὅπως ἄν τις τοῦτο ἴδοι, σωζόμενον τὸν ῥυθμὸν ὁμαλὸν καὶ εὔτακτον, κατὰ τὸν δρόμον τῶν ἀνυομένων πημάτων. Praeter ὄρεγμα hic, quamvis inepte, verbum tamen de verbo expressum est. Nam ὁμαλὸν καὶ εὔτακτον referenda sunt ad δάπεδον. Schol. Villois. ad Hom. Il. IV. 2. δάπεδον δὲ τὸ ὁμαλὸν χωρίον, et Schol. ad v. 797 supra (ῥυθμὸν — δάπεδον) ἀντὶ τοῦ εὔτακτον καὶ μὴ τραχεῖαν πορείαν. — Varia lectio πημάτων ex hoc scholio a Turnebo recepta est. De qua iudicari non potest, nisi de sensu et metro totius strophae constiterit. Postremus versus commodum habet metrum (antisp. c. penthem. iamb. cf. Herm. Elem. p. 230), et ad illum strophicus facile potest accommodari (ἔλακον ὦ Ζεῦ σύ νιν φυλάσσοις). Ἀνομένων πημάτων ἔρυγμα significaret: *finis*, *s. terminus malorum irruentium*, quo nomine factum Orestis, quo perpetua series malorum ab antiquo inde tempore in familiam Pelopidarum irruentium finiebatur, appellari posset. Ad eam sententiam reliqua refingere facile est: ἵν' ᾖ σωζόμενον ῥυθμὸν τοῦτ' ἰδεῖν δάπεδον (s. γάπεδον), ἀνομένων πημάτων ἔρυγμα. Sed et vocabulum ἔρυγμα (pro quo ἔρυμα scribere metrum vetat) et lectio in stropha adeo sunt dubia, ut ego de emendatione desperem.

811. δνοφερᾶς καλύπτρας. Schol. τοῦ σκότους habet, ergo legebat δνοφερᾶς.

813. ἐπιφορώτατος. Schol. ὡς ἐπὶ ἀνέμου εἶπεν, ἀντὶ τοῦ ὁ λογικώτατος. Legit ἔπει φορώτατος. Suidas: φορὸς δὲ ὀξυτόνως ὁ ἐπιτήδειος ἄνεμος. Diod. Sic. XIV. 55. φοροῦ δὲ πνεύματος ὄντος. XX. 96. φοροῦ δὲ πνεύματος αὐτοῖς ἐπιγενομένου. Hermannus allatis Thuc. III. 74. 2, Luc. Hermot. 28 (sub fin.) ostendit ἐπίφορος etiam de vento dici; verum demonstrandum simul erat ἐπίφορος de sermone usurpari; nam scholiastes addit ὁ λογικώτατος. Haec explicatio tantum ex ἔπει φορώτατος fluere potuit. Versus strophicus optime concinit cum hac lectione, me iudice verissima.

827. σὺ δὲ θαρσῶν, ὅταν ἥκῃ μέρος ἔργων Ἐπαΰσας πατρὸς

ἔργῳ. Schol. *σὺ δὲ — ὅταν ἥκῃ καιρὸς, ἔργῳ ἐπιβαλοῦ ἐπικαλεσάμενος τὸ εἴδωλον τοῦ πατρός*. Scholion hoc antiquae manus vestigia continet, et sanam sententiam praebet, quae tamen non prorsus cum verbis, quae nunc leguntur, potest conciliari. De singulis videamus. Agnoscit *σὺ δὲ θαρσῶν ὅταν ἥκῃ ... ἐπαΰσας πατρός*; reliqua dubia sunt; pro *μέρος ἔργων* est in scholio *καιρός*, *ἔργῳ ἐπιβαλοῦ*, pro *ἔργῳ* est *εἴδωλον*. — *Μέρος* et *καιρός*, si formas litterarum *κ* et *μ* (in Mediceo certe) et leges itacismi spectes, vix differunt; centies *αι* et *ε* confunduntur. Itaque non improbabile videtur pro *μέρος* lectum fuisse *καιρός*. *Ἔργων* et *ἔργῳ* in fine duorum subsequentium versuum iam per se dubia sunt; et desideratur verbum finitum, quod respondeat explicationi *ἐπιβαλοῦ*. Quocirca vide num in priori (*ἔργων*) lateat *ἔργον*, in posteriori (*ἔργῳ*) vocabulum, quod *εἴδωλον* possit significare. Itaque, quum liceat in loco tam corrupto aliquid periclitari, propono prioris versus hanc lectionem: *σὺ δὲ θαρσῶν, ὅταν ἥκῃ καιρός, ἔρξον*. In altero autem versu constare liquido puto *ἔργῳ*, locum occupasse lectionis longe diversae, et propter contiguum *ἔργων* (vel *ἔρξον*) esse invectum.

843. *φόνῳ* Τῷ *πρόσθεν ἐλκαίνοντι καὶ δεδηγμένῳ*. Schol. *ὡς ἐπὶ μαχαίρας, οὐ παρακαλυφθέντι, ἀλλ' ἀειμνήστῳ* (*ἀεὶ μηνυτῷ*?) Legit *δεδειγμένῳ*. Male. Pro *δόμοις* scribendum est *δόμῳ*, ut verba cohaereant *δόμῳ, ἐλκαίνοντι καὶ δεδηγμένῳ τῷ πρόσθεν φόνῳ*. Quod miror Hermanno non in mentem venisse aut improbatum fuisse.

940. *ἔλακε*. Schol. *ἤλασε* legit, quod iam Schutzius observavit. Recte. *Πυθοχρήστας φυγάς*, exsul ab Apolline praedictus est Orestes, quem Cassandra ab Apolline inspirata significaverat Ag. 1282. *φυγὰς δ' ἀλήτης τῆςδε γῆς ἀπόξενος κάτεισιν, ἄτας τάςδε θριγκώσων φίλοις*. Hic *ἤλασεν ἐς τὸ πᾶν*, totum curriculum confecit, vel *ἤλ. εἰς τὸ τέλος τοῦ δρόμου*, ut scholiastae verbis utar, qui non censendus est legisse *εἰς τέλος* vel *εἰς ἀγῶν'*, ut Schutzio videtur. *Ἐς τὸ πᾶν* sic decies apud Aeschylum legitur. *Ἤλασε* autem metrum (dochmiacum) optime patitur.

943. *τριβάς*, Schol. *τριβᾶς*, quum scribat: *ὡς τῶν οἴκων φυγόντων τὰς συντριβὰς τῶν κτεάνων* (sic enim leg.), i. e. *ἀναφυγὰς τριβᾶς κτεάνων*. Recte.

955. *δολίας*. Schol. *δολίαν*, ut Hermannus quoque indicavit. Explicat: *τὴν δολίως βλάπτουσαν καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον* (*δολίαν βλαπτομέναν χρονισθεῖσαν*).

958. *κρατεῖταί πως τὸ θεῖον παρὰ τὸ μὴ ὑπουργεῖν κακοῖς*. Schol.: *συμβάλλεται οὖν τὸ θεῖον τοῖς μὴ ὑπουργοῦσι τοῖς κακοῖς*. Facile est haec sic emendare ut cum vulgata lectione satis conveniant: *συμβάλλεται* (prodest) *οὖν τῷ θείῳ τὸ μὴ ὑπουργεῖν τοῖς κακοῖς*. Id referendum esset ad *κρατεῖ* — *τὸ θεῖον*, rell. Sed res incerta, quum scholion etiam sic explicari possit, ut commodam sententiam praebeat, sed ita diversam a vulgata, ut nescias, utrum interpretis an scribarum incuria sit accusanda.

965. *τάχα δὲ παντελὴς χρόνος ἀμείψεται πρόθυρα δωμάτων*. Schol. *ἀλλαγήσεται* nimirum *τὰ πρόθυρα*; quod apparet etiam e sequentibus: *οὐχ ὁμοίως ἔσται τοῖς πρῴην ἐν τῷ οἴκῳ ἡμῶν*. Distinxit post *χρόνος*. Itaque *τάχα δὲ παντελὴς χρόνος*, quae cum superioribus non cohaerere possunt, fuit illi pro sententia plena; quae restitui potest legendo *τάχα δὲ πᾶν τελεῖ χρ.*, unde coniicias *τύχᾳ παντελεῖ χρόνος ἀμείψεται πρόθυρα δωμάτων*. In quo *τύχη* fere circumscriptioni inservit. Cf. quae in dissertatione mea attuli p. 101. Vulgata tamen (in qua *δέ* teneri potest) verior videtur.

969. *ἀκοῦσαι θρεομένοις*. Schol. *ἑτέρων λεγόντων ἀκοῦσαι*. Legit vel emendavit *θρεομένων*. Versu 971 legit Schol. *μέτοικοι δόμων*. In Med. est *μετοικοδόμων*. Prius verum iudico; quamquam nemo interpretum adhuc hunc locum sanasse aut ita restituisse videtur, ut commode possit intelligi.

Eumenides. 66. *ἐχθροῖσι τοῖς σοῖς οὐ γενήσομαι πέπων*. Schol. *γράφεται πρέπων οὐχ ὅμοιος* (sic enim leg.) rell. Sed operam lusit, qui hoc conatus est interpretari.

92. *σέβει τοι Ζεὺς τόδ' ἐκ νόμων σέβας*. Schol. *τὸ τῶν ἱκετῶν σέβισμα καὶ δέημα*. Legit ὑφ' ἕν: *ἐκνόμων*, supplicum, qui legis beneficio carent. Quod Hermannus nunc probat. Me iudice parum refert, utrum legatur, quum neutra lectio Aeschyli manum repraesentet. Puto ab illo scriptum fuisse *ἔννομον*, *ἔνδικον*, aut simile quid. Cf. Suppl. 776 *ἔνδικον σέβας*.

95. *ἐγὼ δ' ὑφ' ὑμῶν ὧδ' ἀπητιμασμένη*, — *ὡς μὲν ἔκτανον*.

Schol. λείπει εἰμί. ὑπὲρ ὧν ἐφόνευσα Ἀγαμέμνονα ἀπώσασθε. Bona lectio, sed ὧν μὲν ἔκτανον cum sequenti ὄνειδος coniungendum; τούτων, οὕς ἔκτανον, i. e. Agamemnonis. Nisi praestat ὧν neutro genere accipere ut ἃ ἔκτανον sit caedes mea. Dem. 18. 18 (οἱ Θηβαῖοι) οἷς εὐτυχήκεσαν ἐν Λεύκτροις οὐ μετρίως ἐκέχρηντο, i. e. τῇ ἑαυτῶν εὐτυχίᾳ.

105. ἐν ἡμέρᾳ δὲ μοῖρα πρόσκοπος βροτῶν. Schol. ἡ τῆς φρενὸς μοῖρα οὐ προορᾷ ἐν ἡμέρᾳ. Legit: μοῖρ' ἀπρόσκοπος φρενῶν, ("interdiu illa mentis est sors, ut futura praevidere nequeat") quod recepit Hermannus; aut βροτοῖς, φρενός ex superioribus intelligens. Sed repetitio vocabuli φρήν in oppositione et duobus subsequentibus versibus habet nescio quid languidi. Dativo βροτοῖς autem nihil lucramur.

176. περιτρόπαιος δ' ὢν (sic Med. teste Cobeto). Schol. explicat προςτρόπαιος; legit ergo ποτιτρόπαιος. Sed de lectione Medicei non prorsus constat.

ib. ἕτερον ἐν κάρᾳ μιάστορ' ἐκείνου πάσεται. Schol. ὢν ἐναγὴς ἐν τῷ κάρᾳ ἑαυτοῦ ἕτερον μιάστορα λήψεται, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ δίκας ἡμῖν δώσουσιν. Postrema verba ab alia manu sunt profecta et referenda ad lectionem ἕτερος — ἐκ κείνου. Itaque καί in scholio delendum. Ἕτερος improbandum; sed ἐκ κείνου, a Dindorfio receptum, longe vulgatae praestat. Verum non audeo dicere.

239. ἀλλ' ἀμβλὺν ἤδη προςτετριμμένον τε πρὸς Ἄλλοισιν οἴκοις. Schol. ἄλλοις προςτριψάμενον τὸ μύσος. Quamvis res omni dubio non maior sit, probabile tamen est, scholiastam legisse προςτετριμμένον μύσος, primum quod προςτετρ. pro verbo transitivo habuit, quo nihil in vulgata lectione cogebat; deinde quod πρός in explicatione omisit, tandem quod μύσος citra necessitatem ab eo additum est. Denique huc facit, quod vulgata lectio suspicione non vacat. Assentior enim Hermanno, praepositionem in fine versus hic ferri non posse, neque apte comparari Soph. O. C. 495. ἐμοὶ μὲν οὐχ ὁδωτά, λείπομαι γὰρ ἐν Τῷ μὴ δύνασθαι μηδ' ὁρᾶν, δυοῖν κακοῖν, ubi praecedens interpunctio faciat, ut duorum versuum numeri arctius coniungantur. Confero v. 195 supra: οὐ χρηστηρίοις Ἐν τοῖςδε πλουσίοισι τρίβεσθαι μύσος, quod

recte explicatur ἐντρίβεσθαι μύσος χρηστηρίοις. Similiter hoc loco Orestes diceret se προςτετρῖφθαι μύσος ἄλλοις οἴκοις, attrivisse aliis domibus piaculum suum, adeoque ipsum purgatum esse. Quamquam τετρῖφθαι vulgo passiva vi usurpatur, Aeschylus tamen illam formam hic vitare non potuit.

259. ὑπόδικος θέλει γενέσθαι χερῶν. Schol. legit χρεῶν, quum scribat: ἀνθ' ὧν ἡμῖν χρεωστεῖ πρόςφυξ θέλει γενέσθαι τῆς θεοῦ. Fuerunt, qui hoc negarent propter hanc Hesychii glossam: ὑπόδικος] χρεώστης, ἔνοχος δίκης, unde efficiunt ὑπόδικος non adiecto χρεῶν posse explicari vocabulo χρεώστης. Ego contra iudico, potius ex nostro vel simili loco, ubi adiecto quodam vocabulo, velut χρεῶν, sensus perspicuus esset, hanc glossam ab Hesychio sumtam. Constat illud lexicon plurimis locis ita esse consarcinatum. Non potest ὑπόδικον εἶναι per se significare χρεωστεῖν. Mirari praeterea subiret, quidni Scholiastes, si χερῶν legisset, huius vim exposuisset. Si constat igitur olim lectum fuisse χρεῶν, quaerendum est utrum praestet, lectio Medicei χερῶν an χρεῶν. Illud mihi magis poeticum, hoc exquisitius videtur, ut non tam facile a grammaticis fuisset invectum. Quare posterius probo. Ad significationem cf. Ag. 457. δημοκράντου δ' ἀρᾶς τίνει χρέος. Soph. O. C. 235. μή τι πέρα χρέος ἐμᾷ πόλει προςάψῃς.

263. τὸ διερὸν. Schol. πᾶν διερόν Inepte. Ita tamen ab eo lectum fuisse ut existimem, facit praegressum παπαῖ, quod facile in πᾶν corrumpi potuit.

302. ἀναίματον βόσκημα δαιμόνων, σκιά. Schol., postquam vulgatan lectionem explicuit, subiungit: ἢ ἐναίματον, ἀντὶ τοῦ ζῶντά σε νεκρὸν ποιήσομεν. Eumenides satiant se noxiorum sanguine; cf. supra 247, 254, 265. ἀπὸ δὲ σοῦ φεροίμαν βοσκὰν πώματος δυςπότου, et alibi. Itaque vix recte *exsanguis* ἀναίματος praeda dicitur Orestes, nisi velis hoc vocabulum sensu translato accipere, ut sit *pallidus*. Id autem hoc loco postquam saepius αἷμα proprio sensu dictum est, ferri non potest. Ob has causas videtur antiquus quidam interpres ἐναίματον restituisse, quod scholiastes interpretari debebat: *cruentam praedam dearum*. Sed praestabit, opinor, βόσκημα accipere pro *animal*, *pecus*; δαιμόνων procul dubio ad sequentia

referendum. Tentabam *δαιμόνων βίᾳ*, i. e. invitis Apolline et Minerva. Cf. paulo ante v. 299. Mediceus et schol. habent *σκιά*, non *σκιάν*, quod a *βίᾳ* parum differt, quoniam K et B valde similia sunt. Sic Suppl. 78 *ἢ καὶ* Med. *ηβαι*, ita ut vix ab *ἢ καὶ* differat. Cf. etiam ib. v. 828.

430. *κλύειν δικαίους μᾶλλον ἢ πρᾶξαι θέλεις* (sec. manus *δικαίως*). Schol. *θέλεις αὐτὸν ἀπολογήσασθαι, ἢ κατηγορεῖς αὐτοῦ ὡς πράξαντος*. Legendum *θ. αὐτ. ἀπ. δικαιότερον* (hoc enim excidit) *ἢ κατηγορεῖν αὐτοῦ ὡς πράξαντος*. Utique *κλύειν* explicuit intellecto *αὐτοῦ* "eius defensionem audire," quod necessario requirit *δικαίως*, ideoque textum a secunda manu e schol. correctum puto. Reliqua ad vulgatam pertinent. *Δικαίως* bonam praebet sententiam: iuste magis audire cupis, quam (ipsa) facere, i. e. ab Oreste antequam causam dicat iusiurandum postulas, quod antea ipsa praestare noluisti. Sed propter lectionem Medicei *δικαίους* aliquanto probabilius *κλύειν δίκαιος μᾶλλον ἢ πρᾶξαι θέλεις* "iusta potius appellari quam (iusta) facere cupis," quam lectionem librarii, non intelligentes *κλύειν*, facile potuerunt mutare. Unum quod obstat est, quod poeta sic minus accurate Eumenides, quod iusiurandum exigerent, iniustas dixit. Non pugnabat hoc cum iure recepto. Cf. Lys. 10. 11 (a Stanleio ad h. l. laudatus): *ὁ μὲν γὰρ διώκων ὡς ἔκτεινε διόμνυται, ὁ δὲ φεύγων ὡς οὐκ ἔκτεινεν.*

435. *σέβουσαί γ' ἀξίαν τ' ἐπαξίων*. Schol. *ἀξίων οὖσαν γονέων*, quod recte ad lectionem *ἀπ' ἀξίων* referri videtur. Sed sensus requirit, nisi fallor, *ἀξίαν σ' ἐπ' ἀξίοις*. Medicei igitur lectio propior vero esse videtur.

472. *φόνους διαιρεῖν ὀξυμηνίτου δίκας*. Schol. *φόνους ἐφ' οἷς ταχέως μηνίσουσιν Ἐρινύες*, i. e. *ὀξυμηνίτους*. De *ὠκυμηνίτους* non cogitandum. Hesych. *ὀξέως* ˥ *ταχέως*. *Ὀξύ* ˥ *ταχύ*. *Ὀξυβελής* ˥ *-ταχέως βαλλόμενος*. Hermannus in verbis scholiastae *φόνους* in MS. non legi dicit, quod mihi perquam videtur probabile. Omisso enim *φόνους* in schol. *ἐφ' αἷς* corrigendum ut *ὀξυμηνίτους* cum *δίκας* iungatur, ideoque apparet tantum scholiasten habuisse *ὀξυμηνίτους*; de vocabulo *φόνους* non constat. Lectio schol. videtur probanda, sed *φόνους* in *φόνου* mutato, ut totus versus sic se habeat: *φόνου διαιρεῖν*

δξυμηνίτους δίκας. Itaque hic similiter peccatum a librariis atque Suppl. 369. ἀστοῖς δὲ πᾶσι τῶνδε κοινώσας πέρι, ubi Med. ἀστῶν — τοῖςδε, et Eur. Med. 240.

481. πέμπειν δὲ δυςπήματ' (sic) ἀμηχάνως ἐμοί. Schol. πέμπειν αὐτὰς ἀμηνίτως δυςχερές ἐστιν ἐμοί. Videtur explicare ἀμηχάνως per δυςχερές; ἀμηνίτως (*ita ut non irascantur*) posuisse pro corrupto δυςπήματ', pro quo aliud vocabulum habuerit necesse est. Id potest ad veram lectionem inveniendam conducere; quid pro δυςπηματ' sit substituendum non video; sed pro ἐμοί legendum ἔχει. — Dindorfius scholiasta duce emendat π. τε δυςπήμαντ' ἀμηνίτως ἐμοί, hoc sensu, ut videtur: *eas demittere ita ut non irascantur mihi calamitosum est.* (?)

483. φόνων δικαστὰς ὁρκίων αἱρουμένους. Schol. οἷον ἐνόρκους δικαστάς. Habuit ergo ὁρκίους, quod procul dubio verum; porro scribendum αἱρουμένη. Plura cum Hermanno emendare necesse non est. Ἔνορκοι δικασταί sunt *iureiurando obstricti*, qui a Minerva in perpetuum (τὸν εἰς ἅπαντα χρόνον = τὸν εἰςαεὶ χρ.) constituuntur.

489. ὅρκον περῶντας μηδὲν ἔκδικον φρεσίν. Schol. ὅρκον διδόντας, quare eum putant legisse πορόντας, et Hermannus restituit ὅρκον πορόντας μηδὲν ἔκδικον φράσειν. Sed aoristus (πορόντας) hic non aptus est. Praestaret ὁρκωμοτοῦντας. Vulgatam (restituto tantum ἐκδίκοις) defendit Franzius, recte interpretatus: iusiurandum nullum *violantes*, coll. frgm. 268 (Ddf.); verba tamen ἐκδίκοις φρεσίν sine ullo pondere in fine posita offendunt. Vereor omnino, ne in hoc versu opera ludatur, mihi quidem perquam frigere videtur. Si retinendus est, Scholiastes tamen nihil bonae frugis affert. Nam fieri potest ut περάω pro περαίνω, *conficere* acceperit.

505. Med. h. l. habet ὑπόδυσιν, a prima manu in ὑπόδοσιν mutatum, quod solus animadvertit Cobetus. Schol. διαδοχήν, quod referendum ad ὑπόδυσιν; accepit hoc eo sensu, quo quis dicitur ὑποδῦναι πόνον, κίνδυνον, latine *subire*, ut ὑπόδυσις esset actio recipiendi in se. Hermannus contrario sensu: *effugium malorum* = ὑπέκδυσιν. Ὑποδιδόναι autem similiter atque ἐνδιδόναι intransitive pro *remittere*, *relaxare* dictum fuisse, satis constat; inde ductum ὑπόδοσις significaret *relaxationem*.

Quamvis neutrum a poeta perspicue dictum sit, ὑπόδυσις tamen praeferendum. Ὑπό saepius pro ὑπέκ a poetis est usurpatum, de quo cf. Herm. ad Eurip. Hec. 53. Praeterea ὑπόδοσις nusquam legitur.

